

## **Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera**

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;  
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

**Gregor <I., Papst>**

**Lutetia Parisiorum, 1675**

Sancti Gregorii Moralis Expositionis In Beatum Job Liber Liber Vigesimvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74915](#)

*difi metuentibus te significacionem, ut fugiant à facie arcus.* Ac si diceret: Hoc tempus misericordia est, illud tempus judicij erit. Per ista ergo hujus temporis flagella significans, quomodo tunc percussurus es, quando non parcens judicas, qui sic districte modo percutis, quando parcis. Aliquando autem per arcum etiam sacra Scriptura signatur. Ipsa quippe arcus est Ecclesia, ipsa arcus est Domini, de qua ad corda hominum sicut ferentes sagittas, sic terentes sententiae veniunt. Unde recte quoque per Psal. 7. b Psalmistam dicitur: *Arcum suum tenet & paravit illum, & in ipso paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus efficit.* Arcum namque sumum Dominus tenet; quia cunctis peccatoribus per Scripturam sacram minas exhibuit. In quo arcu scilicet vasa mortis præparavit; quia secundum eloquij sui sententiam, eos qui nunc corrigi negligunt, reprobos damnat. In quo etiam sagittas suas ardentibus efficit; quia in eos quos per terrorem corrigit, accensas verborum sententias emittit. De hoc prædicatorum arcu per Esaiam dicitur: *Cum sagittis & arcu ingrediuntur illae:* quia nimur sancti Apostoli ad feriendam Gentilis vitæ duritiam cum distractis verborum spiculis venerunt. Quid igitur hoc in loco arcus nomine, nisi sacram eloquium debet intelligi? In chorde etenim Testamentum novum, in cornu verò Testamentum vetus accipitur. In arcu autem dum chorda trahitur, cornu curvatur. Sic in hoc eodem sacro eloquio dum Testamentum novum legitur, duritia Testamenti veteris emollitur. Ad ejus namque spiritualia & blanda præcepta, illius litteræ se rigor inclinat: quia Testamentum novum, dum quasi quadam bona operationis brachio trahitur, in Testamento veteri severitas jura fleantur. Nec indecenter dicimus chordam Testamento novo congruere, quod de incarnatione Domini certum est extitisse. Quasi ergo chorda trahitur, & cornua curvantur: quia dum in Testamento novo incarnationis mediatoris agnoscitur, ad spiritalem intelligentiam rigor Testamenti veteris inclinatur. Ait igitur sanctus vit: [ *Dicebam, Gloria mea semper innovabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur.* ] Arcus in manu, est Scriptura sacra in operatione. In manu etenim arcum tenet, qui divina eloqua qua intellectu cognoscit, operatione perficit. Instauratur ergo arcus in manu, dum quidquid in sacro eloquio studendo cognoscitur, vivendo

GO

*Ef. 7. d*

*completur. Hinc etiam Salomon dicit in fortis spiritatis pugnae describeret bellatores, ait: Omnes tenentes gladios, ad bella doctissimi. Quid namque in divina Scriptura per gladium figuretur, Paulus aperte ruit, dicens: Et gladium spiritus, quod est verbum Dei. Salomon autem non ait: Omnes habentes gladios, sed tenentes: quia videlicet verbum Dei non est mirabile solummodo scire, sed facere. Habet quippe, sed non tenet gladium, qui diuinum quidem eloquio novit, sed secundum illud vivere negligit. Et doctus esse ad bella jam non \* vellet, qui letat spiritalem quem habet gladium, misericorditer exercet. Nam resistere tentationibus omnino non sufficit, qui hunc verbi Dei tenere gladium male vivendo postponit. Sancta itaque Ecclesia, quæ subsequenti persecutione deprimitur, malorum abundantiam, & bonorum inopiam pensans, beati Job vocibus damnæ sua pronunciari dicens: [ *Dicebamque, In nudulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies: Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in missione mea. Gloria mea semper innovabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur.* ] Quæ videlicet cuncta considerans, nequaquam spe cassa fallebatur. Nam perfecti quique multos nunc ejus conspicuunt adjutores, sed pensant proculdubio quod emergente persecutionis articulo, ex his plerique hostes illius fient, qui esse pacis tempore ejus cives videntur. Non autem de omnibus ita desperant: sed tamen plerumque contingit, ut hi, de quibus majorem fiduciæ fiduciam habuerant, ipsi ejusdem fiduciæ hostes atrociores fiant: ut eos tunc videant contra sacra eloquia agere, ex quorum se operatione crediderant hæc eadem sacra eloquia ad prædicatiois gratiam restaurare. Quia tamen tempora jam nunc inchoasse ingemiscimus, cum multos intra Ecclesiam positos cernimus, qui aut nolunt operari quod intelligent, aut hoc ipsum quoque sacrum eloquium intelligere ac nos contemnunt. A veritate etenim avertentes auditum, ad fabulas convertuntur, dum omnes que sua sunt querunt, non que sunt Philip. Iesu Christi. Scripta Dei ubique reperta opponuntur oculis; sed hæc cognoscere homines desiderantur. Pene nullus querit scire quod credidit. Multitudine ergo bonorum præcedentium arcum suum destrui dolebat, quæ sacrum eloquium restaurari semper per studium subsequentium credebat.*

## SANCTI GREGORII MORALIS EXPOSITIONIS IN BEATVM JOB LIBER VIGESIMVS.

### CAPUT PRIMUM.

**Q**UAMVIS omnem scientiam atque doctrinam Scriptura sacra sine aliqua comparatione transcendat; ut taceam quod vera prædicta, quod ad calestem patriam vocat, quod à terrenis desiderii ad superna amplectenda cor legentis immurat, quod diuersis obscurioribus exercet fortes, & parvulis humili sermone blanditur: quod nec sic clausa est, ut pavesci debeat; nec sic patet, ut vilescat: quod uero fastidium tollit, & tantò amplius diligitur, quanto amplius meditatur: quod legentis S. Greg. Tom. I.

animum humilibus verbis adjuvat, sublimibus sensibus levat: quod aliquo modo cum legentibus crescit: quod à rudibus lectoribus quasi recognoscitur, & tamen doctis semper nova reperitur: ut ergo de rerum pondere taceam, scientias tamen omnes atque doctrinas ipso etiam locutionis suæ more transcedunt: quia uno eodemque sermone dum narrat textum, prodit mysterium, & sic scit præterita dicere, ut eo ipso noverit futura prædicare, & non immutato dicendi ordine, eisdem ipsis sermonibus novit & anteacta describere, & agenda nunciare: sicut

oo

hæc eadem beati Job verba sunt, qui dum sua dicit, A nostra prædictit; dumque lamenta propria per sermonem indicat, sanctæ Ecclesiæ causas per intellectum sonat. Ait enim: [Quo me audiebat, expectabant sententiam, & intenti tacebant ad consilium meum. Verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium meum. Expectabant me sicut pluviam, & os suum aperiebant, quasi ad imbre serotinum.] Hanc stenam apud beatum Job fuisse subjectorum reverentiam indubitanter credimus. Sed sicut jam sepe diximus, sancta Ecclesia hereticorum vel carnalium tribulationibus pressa, præteriorum reminiscitur temporum, in quibus omne quod ab ea dicitur, cum metu à fidelibus auditur, & adversariorum suorum proterviam deplorans, dicit.

*Quanta reverentia Job fuerit apud audidores suos,  
& quanta discretionis in sermonibus  
preferendis.*

## CAPUT II.

**Q**ui me audiebant, expectabant sententiam, & intenti tacebant ad consilium meum.] Ac si aperte dicat: Non ut hi protervi ac tumidi, qui dum veritas verba suscipere renunt, prædicationis meæ sententias quasi docendo precurrunt. Cujus nunc discipuli intenti ad ejus consilium tacent: quia verba ejus non audent impugnare, sed credere. Ut enim proficer ex ipsis possint, ea proculdubio non judicaturi, sed secuturi audiunt. De quibus reæ subjungitur: [Verbis meis addere nihil audebant;] C quia nimur tunc hæretici cùm contra hanc libertate pessima fuerint effrenati, dictis ejus addere aliquid præsumunt, cùm prædicamentorum ejus reæitudinem quasi emendare moluntur. Quæ adhuc de bonis auditoribus subdit: [Et super illos stillabat eloquium meum.] In hac stillatione eloquij, quid aliud quam mensura prædicationis accipitur? quia oportet ut exhortationis gratia singulis juxta capacitem ingenij conferatur. Per hoc ergo quod dicitur: [Verbis meis addere nihil audebant;] reverentia laudatur audientium. Per hoc vero quod subdatur: [Et super illos stillabat eloquium meum;] indicatur dispensatio magistrorum. Debet enim subtiliter is qui docet, perficere, ne plus studeat, quam ab audiente capitur, prædicare. Debet enim ad infirmitatem audientium semeripsum contrahendo descendere, ne dum parvis sublimia, & idcirco non profutura loquitur, se magis curet ostendere, quam auditoribus prodeffe. Jubente autem Domino, non solum phiala ad mensam tabernaculi, sed etiam cyathi præparantur. Quid enim per phalias, nisi larga prædictatio, quid verò per cyathos, nisi minima & tenuis de Deo locutio designatur? In mensa igitur Domini & phialæ præparantur & cyathi: quia videbilet in doctrina sacri eloquij, non solum exhibenda sunt magna & arcana quæ debriant, sed etiam parva & subtilia quæ quasi per gustum notitiam præstant. Hujus ergo discretissima dispensationis lux, sancta Ecclesia extremis pressa temporibus reminiscetur, & dicat: [Super illos stillabat eloquium meum.] Ubi aptè quoque subjungitur: [Expectabant me sicut pluviam, & os suum aperiebant quasi ad imbre serotinum.] Verba quippe sanctæ prædicationis sicut pluviam sustinemus, cùm vera humilitate ariditatem nostri cordis agnoscimus, ut potius sanctæ prædicationis irrigemur. Unde Deo recte per Psalmistam dicitur: *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* His doctrinæ fluentis infundi Propheta nos admet, dicens: *Sicuties venite ad aquas.* Qui dum in extrema parte jam facili verba sanctæ prædicationis accipimus, quasi ad imbre serotinum os cordis aperimus. Nam si os in corde non esset, Psalmista non diceret: *Labia dolosa in corde, & corde*

*Exod.  
37. e*

A locuti sunt mala. Os igitur cordis quia verbis intensimis ultima prædicationis, hoc velut serotinis aperimus fluentis. Quæ nimur prædictio ex ejus ad nos sacrificio prodiit, qui per Psalmistam dicit: *Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* Quia enim Redemptor noster iuxta mundi finem vim persequentium pertulit, semetipsum pro nobis sacrificium vespertinum dedit. De hoc imbre serotino alias scriptum est: *Dabo vobis pluviam temporanam & serotinam.* Temporaneam quippe pluviam dedit, quia electis suis priori tempore legis intellectum contulit. Serotinam quoque pluviam tribuit, quia prædicari diebus ultimis incarnationis sue mysterium fecit. Quod quia sancta Ecclesia quotidie annunciare non desinit, ora cordis audiendum velut ex imbre serotino infundit. Sequitur.

*B* Quod prelatus quisque ea circa subditos suos debet uti censura, ut eis pro tempore sic se gravem exhibeat, ut non reddat odiosum; si hilarem, ut non faciat vilem.

## CAPUT III.

**S**I quando ridebam ad eos, non credebant: & lux vultus mei non cadebat in terram.] Hoc si juxta historiæ verba percipimus, credi necesse est quod vir sanctus talis se exhibuerit subditis, ut etiam ridens timeri potuerit. Sed cum superiori patrem se pauperum, viduarum vero consolatorem fuisse perhibet, magna valde discretione res indiger, quomodo in tanto terrore regiminis, tanta quoque affuerit lenitas, & mansuetudo pietatis. Sine magna enim benignitas lenitate non fuit hoc, quod se patrem pauperum, & viduarum consolatorem dicit. Sed rursum sine magna severitate non potuit etiam ridens timeri. Quæ in re quid aliud docemur, nisi quod talis debet esse dispensatio regiminis, ut is qui præcessit, ea fe circa subditos mensura moderetur, quatenus & arridens timeri debeat, & iratus amari: ut cum nec nimia lætitia vilem reddat, nec immoderata severitas odiosum. Sæpe enim subjectos frangimus, dum plus justo vigorum iustitia tenemus. Qui profectè vigor jam iustitia non erit, si se sub justo moderatione non custodit. Et sæpe à disciplina metu resolvimus subditos, si nostro regimini hilaritatis fraxamus: quia dum nos quasi licenter latos aspiciunt, andaçter ipsi ad illicita resolvuntur. Sed ut rectoris vultus etiam latrus debeat timeri, necesse est ut ipse vultum sui conditoris sine cessatione timet. Illi etenim menti difficile de lætitia creditur, qua quod se pro amore Domini continuè affligat, à subditis scitur. Qui enim incessanti æstu spiritalis desiderij superna appetit, valde de ea in dubium venit hoc, quod aliquando ante homines hilarescit. Unde & idem beatus Job non longè post dicturus est: *Sæper enim quasi instrumentum super me fluctus timui Deum.* *Job. 31. 1.* Sic quippe metuebat judicem suum, quasi imminentes impetus fluctus, jam jamque moriturus. Cujus ergo in mentem mortor divini timoris infuderat, rectè hilaritati illius subdit non credebat: quia cobebant ridenti non credere, cuius cor in timore conditoris noverant quæ continua molestia tenebat. Hoc quoque juxta historiam non inconveniente accipitur, quod protinus subinfertur.

*C* Quod Sanctorum lax in terrenorum desideriis non est, quorum conversatio in calis est.

## CAPUT IV.

**E**T lux vultus mei non cadebat in terram.] Scriptum quippe est: *Oculi sanctorum in fenibus terra.* Rursumque per eundem Salomonem dicitur: *Oculi*

*Eccle. 2. Sapientis in capite eius.* Paulus quoque ait: *Caput A  
viri Christus.* Oculi ergo sapientis in capite ejus sunt, dum Redemptoris sui semper opera quæ imitari debeat, contemplatur. Lux ergo vultus ejus in terram non cecidit; quia ea quæ terrena sunt, per concupiscentiam non aspergit. Sed quia superficiem historiæ sub brevitate discimus, quid in his de intellectu mystico lateat, perpendamus. Unam esse personam Christum & Ecclesiam, plerumque jam diximus; & saepe vox capitatis ad vocem corporis, saepe vox corporis ad vocem capitatis transit. Qui enim sunt in carne una, nil obstat, ut convenienter etiam in voce una. Dicat ergo ex voce capitatis de electis suis, dicat Ecclesia: [ *Si quando ridebam ad eos, non credebam.* ] Ridere etenim Dei, est Sanctorum vias prosequenti favore prosperari; sicut de his quoque per usum dicitur, quos in hoc seculo felicitas blandimenta comitantur: Arris illis tempus. Unde econtra, ira appellatur Domini, à bonis actionibus infirmari; sicut scriptum est: *Ne quando irascatur Dominus, & pereat via justa.* Si igitur irasci Dominus peribet, cùm viam iustitiae homines perdunt, rectè arridere Dominus dicitur, cùm bona nostra opera favor gratiarum supernarum comitetur.

*Quod grave peccatum si, inculta securitas; &  
valde nile sit, etiam cum sumus, for-  
midare ruinam.*

#### CAPUT V.

**S**ed electi quique quamdiu in hac vita sunt, sectatis sibi confidentiam non promittunt. Horis enim omnibus contra tentamenta suspecti, occulti hostis infidias meruant, qui etiam tentatione ecclesiæ, vel sola graviter suspitione turbantur. Nam saepe multis grave periculum inculta securitas fuit: ut callidi hostis infidias non tentati, sed jam prostrati cognoscerent. Vigilandum quippe semper est, ut mens continuè sollicita nunquam relaxetur intentione superna: ne laboriosa deserens, in cogitationibus fluxis, quasi in quibusdam mollibus stramentis jacens, venienti corruptori diabolo mens se resoluta prosternat. Semper vero est ad certamen adverfarij erigendus animus: semper contra occultas infidias cautela providenda. Hinc etenim Habacuc propheta ait: *Super custodiæ meam stabo.*

Hinc rursum scriptum est: *Statue tibi speculam;*  
*pone tibi amaritudines,* qui evan gelizas Sion. Hinc  
*Hiere. 31.* per Salomonem dicitur: *Beatus vir, qui semper est*  
*Prov. 28 pavidus:* qui autem mentis est dux, cornuet in malum. Hinc iterum dicit: *Vniuersusque ensis super*  
*Cant. 3. femur suum, propter timores nocturnos.* Nocturni quippe timores, sunt infidiae tentationis occultæ. Ensis autem super femur, est custodia vigilans, carnis illecebras premens. Ne ergo nocturnus timor, id est, occulta & repentina tentatio subrepit, semper necesse est, ut femur nostrum superpositus custodia ensis premat. Sancti etenim viri sic de specerti sunt, ut tamen semper sint de tentatione suspecti; quippe quibus dicitur: *Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore:* ut & de spe exultatio, & de suspitione nascatur tremor.

*Psal. 2. b* Quorum vox iterum Psalmista dicit: *Lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum.* Quia in re notandum, quod non ait: Lætetur ut securum sit; sed, Lætetur, ut timeat. Meminerunt namque, quamvis eorum actio prospereret, qui adhuc in hac vita sunt; de qua per eundem Job dicitur: *Tentatio est vita sap. 9. d humana super terram.* Meminerunt rursum quod scriptum est: *Corpus quod corruptitur, aggravat animam:* & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Meminerunt & meruunt, & certitudinem sibi in se promittere non presumunt; sed

S. Greg. Tom. I.

politi inter gaudium spesi, & temptationis metum, confidunt, & timent: confortantur, & titubant: certificantur, & suscepunt. Bene ergo per vocem electi membra sub figura nostri capitis dicuntur: [ *Si quando ridebam ad eos, non credebam;* ] quia Redemptori nostro quasi arridenti non credimus, dum multis jam ejus donis testantibus, & gratiam favoris ejus accipimus, & tamen adhuc sub ejus judicio de nostra infirmitate titubamus. Videamus qualiter Paulo & arridetur iam per supernam gratiam, & ipse adhuc quasi non credit per suspicionis metum. Jam è celo illi Dominus loquens, ejusque interius oculos aperiens, exterius claudens, potentiam suam maiestatis ostenderat: jam de eo Anna dixerat, *Vas electionis mihi est:* jam ad tertium 2. Cor. 11 cælum super se raptus fuerat: jam in paradisum datus arcana verba, quæ dicere non posset, audierat; & tamen adhuc timidus dicit: *Castigo corpus meum, & in servitatem redigo;* ne forte alii predicanter, ipse reprobis efficiantur. Ecce arridenti sibi divina gratia & jam credit per spem, & needum tamen credit per securitatem. Nam quia bene hæc verba Redemptoris nostri vocibus congruent, etiam subjuncta testantur, cùm dicitur: [ *Et lux vultus mei non cedebat in terram* ] Quid namque terra, nisi peccatum vocatur, cui primæ tentationi dicuntur est: *Terra es, & in terram ibis?* Lux ergo vultus Domini in terram nequaquam cadit, quia visionis ejus claritas peccatoribus non appetit. Scriptum namque est: *Totatur impius, ne videat gloriam Dei.* Quasi enim lux in terram caderet, si in extremo iudicio veniens, claritatem maiestatis sue peccatoribus aperiret. Quod si hæc verba ex sanctæ Ecclesiæ voce suscipimus, non incongrue intelligere poterimus, lucem vultus ejus in terram non cadere, quia occupatis in terrenis actionibus, vertat summa contemplationis sue mysteria predicare. Dici enim infirmis fortia prohibet, ne dum inapabilis audient, prædicationis verbis quibus sublevari debuerant, opprimantur. Lux quippe ipsa corporea, quæ oculos sanos irradiat, infirmos obscurat: & dum lippientibus oculis claritat Solis intenditur, plerumque eis cæcitas ex luce generatur. Sancta itaque Ecclesia oppressa persecutionis tempore, memor autem præterita discretionis sue, dicit: [ *Lux vultus mei non cedebat in terram* ] Sed quia ex ejus capite hæc verba intelligere ceperimus, in ipso adhuc quod sequitur exequamur. Nam subditur:

*Quod in eorum cordibus qui carnem anima preponunt, Christus non primum locum habet, sed ultimum.*

#### CAPUT VI.

**S**i voluissim ad eos, sedebam primus.] Quia in corde reproborum priori loco actiones carnis sunt, & posteriori actiones animæ: in eorum procudubio cogitationibus Christus non primus, sed ultimus fuder. Sed electi quique quia ea præ omnibus que æterna sunt, cogitant; & posteriori cura ac minima, si qua sunt temporalia disponunt, quibus & magistris vox Veritatis dicitur: *Querite 5. Mart. 6. primum regnum Dei & iustitiam ejus,* & hac omnia adiungentur vobis: in eorum corde Dominus primus fuder. Ubi aptè præmititur: [ *Si voluissim ire ad eos.* ] Quia enim, sicut scriptum est, omnia operatur secundum consilium voluntatis sue; non secundum nostrum meritum, sed quia ipse ita ut vult, visitatione sua nos Dominus illustrat. Itaque & cùm vult venit; & cùm venerit, primus fuder: quia & adventus ejus in corde nostro gratuitus est; & appetitus ejus desiderij, in cogitatione nostra, & quæ lis ceteris desideriis non est. Sequitur.

○ o ij

*Quod predictor circumstantem Ecclesia exitum quem regit, divinarum promissionum auctoritatibus debeat consolari.*

## CAPUT VII.

*C*umque sedet quasi rex circumstante exercitu, eram tamen marentium consolator. ] Quasi rex Dominus sedet in corde; quia circumstrepentes regit animorum motus in nostra cogitatione. In mente quippe quam inhabitat, dum torpentina exigit, inquieta frènat, frigida accendit, accensa moderatur, emollit rigida, fluxa restringit: ex ipsa hac diversitate cogitationum, quasi quidam illum exercitus circumstat. Sive certè quasi rex sedet circumstante exercitu; quia præsidentem illum mentibus electorum circumstat turba virtutum. Qui etiam marentium consolator est, ex ea promissione *Mat. 5. a* qua dicit: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur:* Et rursus: *Iterum video vos, & gaudebit cor vestrum; & gaudium vestrum nemo tollerat a vobis.* Ea verò qua de sancta Ecclesia capite diximus, nil obstat, si ad vocem quoque ejusdem Ecclesia referamus. In ea quippe ordinis doctorum quasi rex præsidet, quem fidelium suorum turba circumstat. Quæ scilicet multitudo fidelium rectè quoque exercitus dicitur: quia in procinctu bonorum operum indeniter quotidie contra tentationum bella preparatur. Corda quoque marentium sancta Ecclesia consolatur, dum præsens peregrinationis ærmina afflictas mentes electorum pensat, & has aeterna patriæ promissione lætitiat. Considerat etiam, quid cogitationes fidelium divino sint timore & metu: quatenus nec incarne de misericordia confidant, nec desperare justitiam timeant. Nam verbis sui capitis formidantes refovet, dicens: *No-litè timere pusillus grex; quia complacuit Patri ve-sistro dare vobis regnum.* Atque iterum præfuentes *Luc. 12. d* terret cum dicit: *Vigilate & orate, ut non intraretis in temptationem.* Rursum formidantes refovet, dicens: *Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in celo.* Sed in semetipsis præfuentes deterret, cum ait: *Ibid. e* *Videbam satanam sicut fulgor de calo cadentem Formidantes refovet, cum dicit: Oves meæ vocem meam audiunt; & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam aeternam do eis: & non peribunt in aeternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea.* Sed *Mat. 24. b* in semetipsis præfuentes deterret, dicens: *Dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur. si fieri potest, etiam eleeti.* Formidantes refovet, dicens: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Præfuentes deterret, dicens: *Cum venerit filius hominis, putas invenient fidem in terra?* Me-*Luc. 23. c* tuentes refovet, cum latroni dicit: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Sed terret præfuentes, dum Iudas ex Apostolatus gloria in tarrarum labitur. De quo per sententiam definitionem dicitur: *Duodecim vos elegi, & unus ex vobis diabolus est.* Formidantes tem refovet, cum dicit: *Si dimiserit vir uxorem suam, & recesserit ab eo duxerit virum alterum, num quid revertetur ad eum ultra? Numquid non contaminata, & polluta erit mulier illa? Tu autem fornicate et cum amatoribus tuis multis, tamen revertere ad me, dicit Dominus.* Sed præfumentem deterret, cum dicit: *Quid clamas super contritione tua? insanabilis est dolor tuus.* Formidantes refovet, dicens: *Ergo saltem amodo voca me: pater meus, dux virginitatis mea tu es.* Sed præfumentem deterret, dicens, *Pater tuus Amorrhensis, & mater tua Che-* *Ezech. 10. a* *Formidantes refovet, cum ait: Reverte*

Aversatrix Israël: & non avertam faciem meam à vobis, quia sanctus ego sum, dicit Dominus: & non irascaris in perpetuum. Sed præfumentem deterret, cum Prophetam suum ab intercessione prohibet, dicens: Non affunas pro eis laudem & orationem, quia non exaudiāt clamorem eorum in tempore afflictionis: quia si susterint coram me Moyses & Samuel, non est anima mea ad populum istum.

*Quod in Prelatis Ecclesiæ se compliciti debant & affectus misericordia, & distri-  
ctio discipline.*

## CAPUT VIII.

*S*ANCITA itaque Ecclesia auditorum suorum B sententem & de misericordiae benignitate sublevat, & de judicij districione perturbat: quatenus in prædicatione sua dum bene utrumque permisit, electi ejus nec de exhibita justitia præfument, nec de præterita iniquitate desperant. Sed hoc quod ait: [Cum sedet quasi rex circumstante exercitu, eram tamen marentium consolator:] sciendum nobis est, quod valde lectorum adificare etiam *Luc. 10.* *Dift. 45.* *cap. Di-  
sciplina.* *juxta historiam potest, si perpendat quomodo bonis rectoribus permixta sit & regendi auctoritas, & benignitas consolandi. Ait enim: [Cumque sedem quasi rex circumstante exercitu:] ecce auctoritas regiminis: [eram tamen marentium consolator:] ecce ministerium pietatis. Disciplina enim vel misericordia multum substituit, si una sine altera teneatur. Sed circa subditos suos inesse rectoribus debet & justè consolans misericordia, & piè levians disciplina. Hinc est quod semivilli illius vulneribus, qui a Samaritano in stabulum ductus est, & vinum adhibetur & oleum: ut per vinum mordeantur vulnera, per oleum foveantur: quatenus unulquisque qui sanandis vulneribus præfuit, in vino morbum distinctionis adhibeat, in oleo mollitiem pietatis: per vinum mundentur putrida, per oleum sananda foveantur. Misericordia est ergo lenitas cum severitate, faciendumque quoddam ex utraque temperamentum: ut neque multa asperitate exulcentur subdit, neque nimia benignitate solvantur. Hoc nimis mirum illa tabernacula arca significat, in qua cum tabulis virga simul, ac manū est: quia cum Scriptura sacra scientia est in boni rectoris pectorē, si est virga distinctionis, sit & manna dulcedinis. Hinc etiam David ait: *Virga tua & baculus tuus ipsa percutimur, & me consolata sunt.* Virga etenim percutimur, & baculus sustentamur. Si ergo est districtio virgæ, que feriat; sit & consolatio baculi, que sustentet. Sit itaque amor, sed non emolliens: sit rigor sed non expasans: sit zelus, sed non immoderata *Exod. 32. 6.* *got.* vi- viens: sit pietas, sed non plus quam expediat parcens. Intueri libet in Moysi pectorē misericordiam cum severitate sociatam. Videamus amantem piè, & districtè fæventem. Certè cum Israëliticus populus ante Dei oculis pœne inveniabilem contraxisset offensam, ita ut ejus rector audiret: *Descen-de, peccavit populus tuus:* ac si ei divina vox diceret: *Qui in tali peccato lapsus est, jam meus non est;* atque subiungere: *Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gen-tem magnam;* ille semel & iterum pro populo cui præterat, obicem se ad impetum Dei irascentis opponens, ait: *Aui dimitte eis hanc noxam; aut si non facias, dele me de libro tuo, quem scripsi.* Penitus ergo quibus viſceribus eundem populum amavit, pro cujus vita de libro vite deleri se petuit. Sed tamen iste, qui tanto ejus populi amore constringitur, contra ejus culpas penitus quanto zelo reūtudiniis accendatur. Mox enim, ut petitione prima, ne delerentur, culpæ veniam obtinuit, ad eumdem populum veniens, ait: *Ponat vir gladium suum, ibid. d super femur suum, ite & redite de porta usque ad**

portam per medium castrorum, & occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. Cecideruntque in die illo quasi virginis tria millia hominum. Ecce qui vitam omnium etiam cum sua morte petuit, paucorum vitam gladio extinxit. Intus arsit igne amoris: foris accusus est zelo severitatis. Tanta fuit pietas, ut se pro illis coram Domino morti offere non dubaret: tanta severitas, ut eos quos divinorum ferri timuerat, ipse judicij gladio feriret. Sio amavit eos quibus praeftuit, ut pro eis nec sibi parceret: & tamen delinquentes sic persecutus est, quos amavit, ut eos etiam Domino parcente prosterret. Utrobius legatus fortis, utrobius mediator admirabilis: causam populi apud Deum precepibus, causam Dei apud populum gladiis allegavit. Intus amans, divina ira supplicando obstitit: foris seviens, culpam feriendo contumpliit. Sucurrit cito omniibus, ostensa morte paucorum. Et idecirco

A omnipotens Deus fidem famulorum suum citius exaudiuit agentem pro populo: quia vidit quid super populum aucturus esset ipse pro Deo. In regimine ergo populi utrumque Moyles miserit: ut nec disciplina decesset misericordiae, nec misericordia disciplina. Unde hic quoque juxta utramque virtutem dicitur: [Cumque sedarem quasvis circumstante exercitu, eram tamen marentium consolator.] Sedere quippe circumstante exercitu, vigor est ac disciplina regiminis: marentium vero corda consolari, ministerium pietatis. Sed quia inter haec necesse est, ut expositionis ferme ad spiritalem intelligentiam recurrat: sancta Ecclesia ab adversariis suis extremis temporibus presa, reminiscitur transacti jura regiminis: reminiscitur & quanta afflictis exhibuerit beneficia pietatis. Cuius videlicet disciplina & misericordia tunc à levibus irridetur. Unde & subditur.

CAP.  
XXX.

**N**unc autem derident me iuniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Quorum virtus manum mihi erat pro nibilo: & vita ipsa putabantur indigni. Egestate & fame steriles: qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate & miseria. Et mandebant herbas, & arborum cortices: & radix iuniperorum erat cibus eorum. Qui de convallis ista rapientes, cum singula reperissent, ad ea cum clamore currebant. In desertis habitabant torrentium, & in cavernis terrae, vel super glaream. Qui inter huicmodi latabantur, & esse sub sensibus delicias computabant. Filii stultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes. Nunc in eorum canticum versus sum, & factus sum eis in proverbium. Abominantur me, & longe fugiunt a me: & faciem meam confuere non verentur. Pharetram enim suam aperuit, & afflxit me: & franum posuit in os meum. Ad dexteram orientis calamitates meae illico surrexerunt: pedes meos subverterunt, & opprimerunt quasi flumibus semitis suis. Dissipaverunt itinera mea, insidiati sunt mihi, & prævaluérunt, & non fuit qui ferret auxilium. Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miseras devoluti sunt. Redactus sum in nihilum: abstulit quasi ventus desiderium meum: et velut nubes pertransit salus mea. Nunc autem in memetipso marcescit anima mea, et possident me dies afflictionis. Nocte os meum perforatur doloribus: et qui me comedunt, non dormiunt. In multitidine eorum consumitur vestimentum meum, et quasi capitio tunica succinxeunt me. Comparatus sum luto, et assimilatus sum faville et cineri. Clamo ad te, et non exaudis: sto, et non respicis me. Mutatus es mihi in crudelem, et in duritia manus tua adversaris mihi. Elevasti me, et quasi super ventum ponens, elixisti me valide. Scio quia morti trades me, ubi constituta est domus omni viventi. Verum tamen non ad consumptionem eorum emititis manum tuam: et si corruerint, ipse salvabis. Flebam quondam super eo qui afflictus erat & compaticebatur anima mea pauperi. Expectabam bona, & venerunt mihi mala: praefolabar lucem, & eruperunt tenebre. Interiora mea effuberunt absque ulla requie: prævenerunt me dies afflictionis. Mores incedebam, sine furore coniugens in turba clamavi. Frater sui draconum, & socius struthionum. Cutis mea denigrata est super me, & aruerunt ossa mea praecauitate. Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.

Quod hereticorum deriso nullius est inter  
Pares autoritatis.

## CAPUT IX.

**N**unc autem derident me iuniores tempore.] Omnes hæretici ætati universalis Ecclesiæ comparati, iuniores tempore congruè vocantur: quia ipsi ab ea, non autem ipsa egressa est ab illis. Unde recte quoque per Joannem dicitur: Anobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permanessent utique nobiscum. Iuniores ergo tempore sanctam Ecclesiam irrident, cum hi qui ab ea egressi sunt, doctrinæ ejus verba despiciunt, de quibus adhuc subditur: [Quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei.] Quis est grec sanctæ Ecclesiæ, nisi multitudo fideliū? Vel qui alij hujus gregis canes vocantur, nisi Doctores sancti, qui eorumdem fideliū custodes extiterunt? Qui dum pro Domino suo diurnis nocturnisque vigiliis intenti clamaverunt, magnos, ut ita dixerim, latratus prædicationis dederunt. De quibus eidem Ecclesiæ per Psalmistam dicitur: Lingua canum tuorum ex

B inimicis ab ipso. Nonnulli quippe ab idolorum cultibus revocati, facti sunt prædicatores Dei. Lingua ergo canum Ecclesiæ ex inimicis prodit, quia conversos Gentiles Dominus etiam prædicatores facit. Unde Judæorum tarditas, qui pro Deo loqui noluerunt, increpante Propheta, reprehenditur, qui ait: Canes mali, non valentes lauire. Patres vero <sup>Ez. 36. d</sup> hæreticorum dicimus, eos videlicet, quos hæretarchas vocamus; de quorum perversa prædicatio, id est, locutionis semine, sequentes sunt populi in errore generati. Sancta ergo Ecclesia cum canibus gregis sui hæreticorum patres ponere designatur: quia inventores errorum dijudicando respuit, cosque inter veros patres numerare contemnit. Qui eti quosdam visi sunt à gentilitatis errore revocasse, quorundam mores ad honesta agenda docuisse: pro eo tamen quod de Deo recta non senserunt, eos cum canibus gregis sui non ponit, quia cum rectis prædicatoribus non adscribit. Liquevit enim quod Arius, Photinus, Macedonius, Nestorius, Eutyches, Dioscorus, Severus, multique his similes, docendo atque suadendo conati sunt patres videri: sed errores eorum sancta universalis Ecclesia

O o iii

disticta severitate dijudicans, eos inter custodes gregis sui non numerat, quos ejusdem gregis unitatem dissipantes damnat. De quibus voce Pauli Ephesius dicitur: *Sic quia post discessum meum ingredientur ad vos lupi graves, non parcentes gregi.* Et quia nonnumquam haeretici quanto magis in perfidie errorem dilabuntur, tanto amplius in exteriori fide operatione custodiunt, ita ut agere præ ceteris magna videantur: sancta universalis Ecclesia cuncta eorum opera despicit, quæ ex auctoritate fiduci non prodire perpendit. Unde rectè quoque beati Job voce subiungitur: [ *Quorum virtus manum erat mibi pro nibilo: & vita ipsa putabantur indigni.* ] Virtus quippe in manu, est magnitudo in operatione. Sed virtus manuum haereticorum sancta Ecclesia pro nibilo ducitur: quia nullius esse meritum conspicit, vera fide perdita, quidquid operantur. Charitatem quippe Dei & proximi deserunt, qui & de eo falsa sentiunt, & à proximis jurgando dividuntur. Sed virtutem manuum sine charitate testatur prædictor egregius nil valere, qui ait: *Si distri- buero omnes facultates meas in cibos pauperum, & si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi profest.* Nonnumquam vero haeretici signa quoque ac miracula faciunt, sed ut hic præmia afflictionis suæ, abstinentiaeque recipiant, videlicet laudes, quas querunt. Unde & *Matt. 7.* Redemptoris vox dicitur: *Multimihi dicent in illa die: Domine Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo demonia ejectionis, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia non novi vos: discedite a me, qui operamini iniquitatem.* Quia nimur sententia quid datur intelligi, nisi ut in hominibus charitatis humilitas, non autem debent virtutum signa venerari? Unde nunc sancta Ecclesia, etiam si qua fiant haereticorum miracula, despicit: quia haec sanctitatis specimen non esse cognoscit. Probatio quippe sanctitatis non est signa facere, sed unumquemque ut se diligere: de Deo autem vera cognoscere, de proximo vero meliora, quam de semetipso sentire. Nam quia vera virtus in amore est, non autem in ostensione miraculi, veritas demonstrat, que ait: *In hoc cognoscere omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* Qui enim non ait: In hoc cognoscetur quia mei discipuli estis, si signa feceritis, sed ait: Si dilectionem habueritis ad invicem; aperte indicat, quia veros Dei famulos non miracula, sed sola caritas probat. Testimonium ergo superni discipulatus, est donum fraternæ dilectionis. Quan videlicet dilectionem, quia omnes haeretici habere refugiunt, dum ab universalis Ecclesia unitate dividuntur, jure de eis dicitur: [ *Quorum virtus manum erat mibi pro nibilo.* ] Et quia ad eadem signa quæ exhibent, nulla humilitate concordant, rectè subditur: [ *Et vita ipsa putabantur indigni.* ] Vel certè omnes haereticos sancta Ecclesia vita ipsa fatetur indignos: quia nimur sub nomine Christi militant contra nomen Christi. De quibus adhuc subditur.

*Quod heretici quod de Deo plus volunt sapere, eo plus amicunt.*

#### CAPUT X.

*Egestate & fame steriles.*] Omnes haeretici dum in sacro eloquio plus secreta Dei studient perscrutari, quæ capiunt, fame sua steriles sunt. Neque enim ea querunt, ex quibus semetipso ad humilitatem erudiant, mores in tranquillitate disponant, patientiam servent, longanimitatem exhibeant: sed ea solummodo, que eos doctos atque loquaces demonstrant; illa scire appetunt, ex quibus singulariter eruditæ videantur. Plerumque enim audacter de natura divinitatis tractant, cum semetip-

A sos miseri nesciant. Egestate ergo ac fame sua steriles sunt: quia ea perscrutari desiderant, ex quibus bona vita germina non producunt. Ultra se quippe sunt quæ perscrutantur: dumque ad hoc tendunt quod comprehendere nequeunt, ea cognoscere negligunt, ex quibus erudiri potuerant. Quam bene eorum audaciam predicator egreditur refrantr, dicens: *Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Hinc Salomon ait: *Prudentia dñe pone modum.* Hinc rursus dicit: *Mel invenisti, comedere quod sufficit tibi: n forte saturatus evomas.* Dulcedinem quippe spiritualis intelligentia, qui ultra quam capit, comedere appetit, etiam quod comederat, evomit: quia dum summa intelligere ultra vires querit, etiam quæ bene intellexerat, amittit. Hinc rursus dicit: *Sicut qui mel multum ibid. comedit, non est ei bonum: sic qui perscrutatur est majesticus, opprmetur à gloria.* Gloria quippe invisibilis conditoris, quæ moderatè inquisita nos erigit, ultra vires perscrutata premit. Itaque haeretici, quia de sublimitate intelligentia quanto amplius repleri ambunt, tanto amplius inaneantur; bene de eis dicitur: [ *Egestate & fame steriles.* ] Immoderatis namque auctibus cognitionis superna scientiam quo plus appetunt, plus amittunt. At contrà, hi qui in sancta Ecclesia veraciter sunt humiles, & veraciter docti, norunt de secretis caelestibus & quadam considerata intelligere, & quadam non intellecta venerari: ut & quæ intelligunt, veneranter reuerentur: & quæ secundum intelligent humiliter experientur. Unde nobis per Moyensem dicitur: *Vt come-Exod. dentes agnum, quidquid de eo reliquum fuerit, igni comburamus.* Agnum quippe comedimus, cum multa Dominica humanitas intelligendo recondimus in ventre mentis. Ex quo quedam nobis remanent, quæ comedunt nequeunt: quia multa adhuc de illo restant, quæ intelligi nequaquam possunt. Quatenus igne comburenda sunt: quia ea quæ capere de illo non possumus, humilius sancto Spiritui reservamus. Quia plerumque humilitas ea etiam electorum sensibus aperit, quæ ad intelligendum impossibilia esse videbantur. Nam perverse haereticorum mentes dum sibi superbè intellectum tribuant, quasi certa dare sententias etiam de incognitis presumunt. Unde fit, ut ipsa eos elatio, quæ intus apud semetipso elevat, à veritate foras repellat: vixque in dictis Dei exteriora capiant, qui se secreta spiritualia penetrasse singulariter putabant. Unde hic quoque subditur.

*Quod heretici ad medullam Scripturae sacrae non perveniant, sed coricem ejus rodant, & vix exteriora ejus agnoscant.*

#### CAPUT XI.

*Qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate & miseria: & mandebant herbas, & arborum cortices.*] Rodi solet, quod comedunt non potest. Haeretici autem quia Scripturam sacram intelligere sua virtute moliuntur, eam proculdubio apprehendere nequaquam possunt: quia dum non intelligunt, quasi non edunt. Et quia per supernam gratiam non adjuti hanc comedunt nequeunt, quasi quibusdam illam nisibus rodunt. Exterius quippe illam conrectant, cum quidem conantur, sed non ad eum interiora pervenient. Qui quia ab universalis Ecclesiæ societate disjuncti sunt: non quilibet rodere, sed in solitudine memorantur. Ad quam nimur solitudinem, quia prædictores falsi sequeaces suos trahent, longè ante Veritas premovit, dicens: *Si dixerint vobis, Ecce in deserto es, Matt. nolite exire.* Qui rectè perhibentur calamitate & miseria squalidi: quia & morum sunt pernicie, & sensu pravitate despici. Qui herbas quoque & arborum cortices mandunt: quia elationis suæ obice repulsi,

in sacro eloquio magna & intima percipere nequeunt; sed vix in illo quædam tenera & exteriora cognoscunt. Per herbas quippe, dicta planiora: per arborum cortices, Patrum eloquia exteriora signantur. Qui ergo ea scire appetunt, ex quibus docti nequaquam sint, sed esse videantur: dum in sacris voluminibus vim charitatis erga Deum ac proximum medullitus non exquirunt, quasi herba vel cortice pascuntur: quia vel ima, vel exteriora sunt, que mentes superbientium nutrunt. Vel certè herbas mandere, est de Scriptura sacra minima præcepta servare, majora contemnere. Quos beatus Marsh. 23. b. Veritas increpat, dicens: *Vt vobis Scriba & Pharise hypocrita, qui decimatis mentam, & arietum, & cuminum: & reliquisque qua graviora sunt legis.* Qui arborum quoque cortices mandunt: quia sunt nonnulli, qui in sacris voluminibus solam litteræ superficiem venerantur, nec quidquam de spiritali intellectu custodiunt: cum nihil in verbis Dei amplius, nisi hoc quod exterius audierint, esse suspicantur. Quos tamen in cunctis erroribus suis inanis gloria appetitus possidet, eoque honoris ambitus captivos tenet: & plerumque per ipsa quæ loquentur, nihil aliud quam terrena lucra appetunt. De quibus per Paulum dicitur: *Huiusmodi enim Christo Domino non servivunt, sed suo ventri.* Unde rectè quoque subjungitur.

*Quid hereticorum intentio in avaritia sit: de cuius radice punctiones peccatorum nascentur.*

#### CAPUT XII.

**E**t radix juniperorum erat cibus eorum. ] Arbor namque juniperi pro folijs punctiones habet. Sic quippe sunt hislita qua profert, ut spinis similia contrectantem pungere valeant. Spina verò est omne peccatum: quia dum trahit ad delectationem, quasi pungendo lacerat mentem. Unde justi voce & peccantibus dicitur: *Conversus sum in arumanæ dum confringitur spina:* quia scilicet mens ad lamentum vertitur, ut peccati puncio peccantibus frangatur. In translatione verò alia non confringi, sed configi spina perhibetur: quod videlicet ab eodem sensu non dissonat: quia peccantibus animus ad luctum ducitur, dum perpetrata culpa in memoria fixa retinetur. Quid ergo per radicem juniperi, nisi avaritia designatur, ex qua peccatorum omnium spine producuntur? De qua per Paulum dicitur: *Radix omnium malorum est cupiditas.* Ipsa quippe latenter oritur in mente, sed punctiones peccatum omnium patenter producit in opere. Quas videlicet punctiones ab hac radice surgentes, statim prædicator egregius insinuat, cum subdit: *Quam quidam appetentes erraverunt à fide, & inservierunt se doloribus multis.* Qui enim multos dolores dixit, quasi nascentes innouit ex hac radice punctiones. In juniperis ergo peccata: in radice verò juniperorum quid aliud quam avaritiam, id est, materiam intelligimus peccatorum? Quia igitur plerumque hereticis sola in verbis suis exteriora lucra sequuntur: nec ignorant quia perverba adstruunt, sed erroris prædicamenta non deserunt, dum sumpitus percipere quasi doctorum volunt; bene de eis sancti viri nunc voce dicitur: [ *Et radix juniperorum erat cibus eorum;* ] quia dum totis mentis sue sensibus avaritiam cogitant, quasi eo alimento vescuntur, de quo nasci procundiblo peccatorum sequentur punctiones solent. Qui si quando in sacro eloquio quædam quasi prudenter inveniunt, quæ dum non intelligunt, pro suis esse assertionibus suspicantur: mox misericorditeribus suis, quorum non animas, sed substantias appetunt, hæc vociferantes apergunt. Unde congrue subinfertur.

*Quod heretici de humilitate sancte Scripture aliqua testimonia extorquentes, quasi vultores exclamant: & ubi deest autoritatis occasio, que male sentiunt, clanculo persuadent.*

#### CAPUT XIII.

**Q**uod convallibus ista rapientes, cum singulare perissent, ad ea cum clamore currebant. ] De convallibus illa rapiunt, quia haec de humilibus dictis patrum, superba spiritu colligunt. Quæ dum prouis se patribus invenisse gloriantur, ad ea cum clamoribus currunt: quia videlicet omne quod sentiunt, appetitu laudis ad aures hominum diffamare conantur. Sequitur: [ *In desertis habitabant torrentium, & in cavernis terra, vel super glaream.* ] Torrentes dicimus rivos, qui aquis hiemalibus colliguntur: qui certis etiam temporibus arefunt. Jure itaque inventores perverorum dogmatum torrentes vocantur: quia à calore charitatis frigidi, quasi in torpore temporis hiemalis excrescent: quia non perpetua plenitudine profluunt, sed Catholicorum allegationibus quasi astivis solibus exsiccantur. Et quidem inventores perverorum dogmatum contra sanctam Ecclesiam exorti, fervore jam veritatis extinti sunt: sed tamen eorum discipuli ea quæ illi docuerunt, tenere ac defendere non desistunt. Hi ergo, qui illorum sequuntur errores, in desertis torrentium habitant, id est, in eorum predicatione confidunt, quorum eloquia Catholicorum jam responsione & ratiocinatione siccata sunt. Quid verò aliud caverna terra, quam ocellatas hereticorum predicationes accipimus? Sic enim heretici inter se clandestinis conventiculis coēunt, ut errori suo reverentiam, quam ex ratione non valent, praebant ex occultatione: & infirmis animabus pravitatis sermo tantò reverendus appareat, quanto scerens. Unde apud Salomonem mulier ex typo hereticos dicit: *Aqua furtiva dulciores sunt, & panis Pro. 9. absconditus suavior.* Quæ occulta scilicet prædicamenta detestatur Veritas, dicens: *Si quis vobis dicit: Ecce hic est Christus, aut ecce illic, nolite credere.* Et rursum: *Si dixerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere.* Sicut enim fulgor exit ab Oriente, & parat usque in Occidente: ita erit & adventus filii hominis. Hoc itaque illuc in penetralibus, quod hic dicitur in cavernis. In cavernis ergo heretici habitant, quia plerumque errorem suum secretis prædicationibus occultant: ut quod se doctioribus prudenteribusque non indicant, ed ad se vehementius impetratos trahant. Unde bene etiam subinfertur: [ *Vel super glaream.* ] Glaream quippe illos minutissimos lapides dicimus, quos aqua pluvialis trahit. Doctores igitur perverorum dogmatum super glaream habitant; quia illas hominum mentes trahunt, quæ nulla gravitas stabilitate solidantur: quas velut de loco semper ad locum flumina errorum ducent. Unde & prædicator egregius, cum auditores suos non temporaliter duci, sed forti cuperegravitate solidari, admonuit dicens: *Vt jam non simus parvule Col. 4. fluctuantes, nec circumferamus omni venio doctrine,* c. Sancta itaque Ecclesia ab adversarijs ad modicum depresso, cum sibi audaces errantium mentes insultare conspexerit: que eorum conversatio fuerit, ad memoriam reduxit, dicens: [ *In desertis habitant torrentium, & in cavernis terra, vel super glaream.* ] Quia enim eorum perverba prædicatio, amissio igne charitatis, ex frigore mentis convaluit, profecto in torrentium desertis habitavit. Quia vero aperta & libera non fuit, in cavernis latuit. Quia autem plebem non fixam, sed mobilem tenuit, non super petram, sed super glaream mansit: de quibus adhuc subditur.

*Quod heretici delicias estimant, cum errori suo  
quos decipiunt associant.*

## CAPUT XIV.

**Q**ui inter huncmodi latabantur, & esse sub senti-  
tibus delicias computabant. ] Quid nomine senti-  
tum, nisi eas quas jam supradiximus, punctiones  
peccatorum intelligimus? Quia autem perversa-  
mentes gaudent in iniquitatibus, quas flere debue-  
runt: omnes heretici tanto se inani laetitia extol-  
lunt, quanto magis ad pejora convalescent: atque  
esse sub sentibus delicias deputant, quia inde per-  
versam mentem ad gaudium sublevant, unde spinas  
peccatorum portant. Nam si quando ad errorem  
suum valuerint quempiam trahere, sese per laetitiam  
jaestant: atque unde sibi peccata quotidie, etiam alios  
perdendo, congregant, inde se esse quasi duces ad ju-  
stitiam exultant. Bene ergo dicitur: [ *Qui inter hu-  
ncmodi latabantur, & esse sub sentibus delicias  
computabant.* ] Trahunt enim quos valent ad perditionem  
stiam: & se sub peccatis esse, vel culpis cul-  
pas addere non credunt, sed virtutum opulentiam  
cumulare.

*Quod imitatores reproborum filij eorum dicuntur stulti  
quia errone: ignobiles, quia à generositate  
caeli immunes.*

## CAPUT XV.

**F**iliij stultorum & ignobilium, & in terra penitus  
non parentes. ] Eorum videlicet filij, qui fuerunt  
errorum magistri. Filiiigitur dicuntur, non docen-  
rum femme, sed de imitatione generati: qui docen-  
do perversa, stulti fuerunt per ignorantiam; viven-  
do nequerit, ignobiles per actionem. Qui Redem-  
ptori nostro nulla sapientia, nulla vita cognitione  
conjuncti sunt. De quo Salomonis voce in laude  
sancte Ecclesie dicitur: *Nobilis in portis vir eius.* Hi  
itaque quia perversa errantium exempla sequunt-  
sunt, filii stultorum & ignobilium esse memoran-  
tur. Recte autem subjungitur: [ *Et in terra penitus  
non parentes:* ] quia dum hic videri aliquid appen-  
tunt, nimis in terra viventium exortes sunt. Sed  
hoc quod in hereticorum typo diximus, omnino nil  
obstat si etiam de perversis atque carnalibus, quam-  
vis in recta fide positis, sentiamus. Neque enim san-  
cta electorum Ecclesia solos sibi adversarios depu-  
tar, qui ab ejus fide positi extra dissentiant, sed eos  
quoque, qui vitam illius male vivendo interius pre-  
munt. Contempletur igitur arumna irruentis adver-  
satatis afflita, quomodo proferitis sue tempore,  
iniquorum & intra se viventium pravitate gravata  
sit. Contempletur quod exigentibus meritis quo-  
rumdam non iustè in illa vita turbata sit omnium,  
& dicat: [ *Qui rodebant in solitudine, squalentes ca-  
lamitate & miseria.* ] Sicut in prima hujus operis  
parte praefatus sum, per virtutem contemplationis  
nonnumquam solet intelligi solitudo mentis. Sed  
hoc in loco cum solitudo per objurgationem dici-  
tur, quid aliud quam boni defititio demonstratur?  
Unde & sub Iudeæ typo Hieremias peccatoris ani-  
mam deplorat, dicens: *Quonodo sedet sola civitas  
plena populo?* Sed cum per beatum Job de pravis  
dicitur: [ *Rodebant in solitudine;* ] liber intueri hoc  
ps. 71. b etiam, quod per Psalmistam dictum est: *Inimici eius  
terram lingent.* Duo quippe sunt genera hominum  
ambitionis sua servientium: unum videlicet, quod  
semper ad avaritiam blandimentis uitur lingua: aliud  
vero, quod aperta vi intendit rapina. Nam  
rodimus, cum aliquid exterius forti adhuc atteri-  
mus. Lambitum enim, quando hoc quod edi facile  
non potest, impressa lingua lenitate gustatur. Om-  
nies igitur etiam sub specie fidei prave viventes, qui  
aliena appetunt, sed ea quæ appetunt, rapere ne-

A quaquam possunt; blandi autem sermonibus, &  
quasi molitiae dulcedinis concupita abstrahere co-  
nantur: quid aliud quam terram lingunt? quia ter-  
rena quæque, quæ virtute nequeunt auferre, molli-  
tie lingue moluntur. Qui vero in hoc mundo ali-  
qua potestate suffulti sunt, & concupiscentes aliena,  
blandiri quidem ex fraude despiciunt; quia etiam  
injusto robore possunt implere quod volunt: hi hoc  
quod appetunt, non lambunt, sed rodunt; quo-  
nam propinquorum vitam fortitudine virium velut  
ad hunc dentium demoluntur. Conspiciat itaque  
sancta Ecclesia veras divitias eternæ patriæ; conspi-  
ciat frequentiam supernorum civium; conspicat in  
electis suis cultum mentis, & innumerabilium do-  
norum virtutum: atque ab eis ad pravorum vitam omni-  
bono defititum, mentis oculum revocet; & ex illo-  
lorum comparatione videat, qualiter ista cunctis  
virtutibus sit vacua; quia superba deseruit, & infi-  
ma concupivit. Videat quonodo plerunque id  
quod appetit, si fortasse prævalet, etiam violenter  
rapit. Videat tales quæ intra se positos diu tolera-  
se: atque ex eorum culpis usque ad bonorum quo-  
que pericula ac detrimenta perveniente, & dicat:  
[ *Qui rodebant in solitudine.* ] Ac si aperte conque-  
ratur, dicens: Aliena etiam violenter rapiendo non  
roderent, nisi prius ipsi in interioribus suis foli ac  
vacui à virtutum cultura remarent. Bene autem  
eorum qualitatem explicat, dicens: [ *Squalentes ca-  
lamitate & miseria.* ] Agra namque caro si studiōse  
curari negligitur, squalore desuper ducto in infir-  
mitate deterius gravatur: & dum calamitati egritu-  
dis, negligentiæ miseria additur, gravior mole-  
stia obortu squalore toleratur. Natura igitur huma-  
na bene condita, sed ad infirmitatem vitio propriæ  
voluntatis lapsa, in calamitatem cecidit: quia pressa  
innumeris necessitatibus, nihil in hac vita, nisi un-  
de affligeretur, invenit. Sed cum eisdem naturæ no-  
stra necessitatibus plerunque plus quam expedit,  
deservimus, mentisque curam negligimus, ex miseri-  
tia negligentiæ infirmitati nostræ addimus squalo-  
rem culpa. Necessitates namque naturales hoc ha-  
bere valde periculose solent, quod sepe in eis mi-  
nimè discernitur, quid circa illas per utilitatem stu-  
dium, & quid per voluptatis vitium agatur. Crebro  
enim occasione seductionis inventa, dum necessita-  
ti debita reddimus, voluptatis vitio deservimus, &  
infirmitatis velamine ante discretionis oculos excu-  
satio nostra se palliat, ac quasi sub patrocinio explen-  
dat utilitatem occultat. Infirmitatem vero naturæ no-  
stra per negligientiam relaxare, nihil est aliud quam  
calamitati miseriæ addere, ac vitorum squalorem  
ex eadem miseria multiplicare. Unde sancti viri in  
omne quod agunt, studioſissima intentione discer-  
nunt, ne quid plus ab eis naturæ sua infirmitas,  
quæ sibi debetur, exigat: ne sub necessitatibus tegmine,  
in eis vitium voluptatis excrecat. Aliud enim ex  
infirmitate, aliud ex tentationis suggestione susti-  
nent: & quasi quidam rectissimi arbitrii inter nec-  
cessitatem voluptatemque constituti, hanc consolando  
sublevant, illam premendo frenant. Unde fit, ut &  
si infirmitatis sua calamitatem tolerent, tamen ad  
squalorem miseriae per negligientiam non defen-  
dant. Hoc ipsum enim esse in calamitate, est nec-  
cessitatem nature ex carnis adhuc corruptibilis infir-  
mitate sustinere. Quas videlicet necessitates cupiebat  
evadere, qui dicebat: *De necessitatibus meis eripe me.* Sciebat enim plerunque voluptatum culpas ex  
necessitatibus occasione prorumpere: & ne quid  
sponte illicitum admitteret, hoc ipsum fatigebat  
eveli, quod nolens ex radice tolerabat. At contra  
pravi gaudent in eis corruptionis sua necessitatibus:  
quia nimis in eas ad usum voluptatum retorquent.  
Cum enim reficiendis cibo corporibus naturæ ser-  
viunt, per delectationem gule in voluptatis inglu-  
vie distenduntur. Cum tegendis membris vestimenta  
quærunt,

quærunt, non solum quæ tegant, sed etiam quæ extollant, experti: & contra torporem frigoris, non solum quæ per pinguedinem muniunt, sed etiam quæ per mollietatem delectent: non solum quæ per mollietatem tactum mulcent, sed etiam quæ per colorem oculos seducant. Necessestatis igitur causam in usum voluptatis yterte, quid est aliud quam calamitatem sue squalorem miseriam sociare? Pressa itaque tempore adversitatis Ecclesia, reminiscatur eorum, ex quorum merito talia sustinet, & dicat: [ *Qui rodebant in solitudine, squaleentes calamitate & miseria.*] Calamitate scilicet non squalerent, si in istis necessitatibus voluptatum miseriam non superadde-rent. Quas videlicet necessitates ex parentis primi culpa meruimus. Hi vero qui calamitatem suæ miseriam adjungunt, ex cruciati poena ad augmenta protrumpunt culpæ. Sed utinam tales, cum ad melius permutari despiciunt, ita perversa agrent, ut non ea etiam alijs propinarent. Utinam illos mors sua sola sufficeret: & non virulentis persuafionibus alienam etiam vitam nescirent. Invident enim alios esse quod non sunt: dolent alios adipisci quod perdunt. Nam si qua forte in aliorum actibus exoriri bona conspiquant, mox ea manu pestiferae exprobationis evellunt. Unde & sequitur: [ *Et mandebant herbas, & arborum cortices.*] Quid enim per herbas, nisi tenera ac terra proxima bene inchoantium vita? & quid per arborum cortices, nisi exteriora opera eorum, qui jam sublimia appetunt, designantur? Pravi namque cum recta incipientes aspiciunt, aut irridendo, aut quasi consulendo contradicunt. Cum vero jam quosdam pensant ad summa proficere: quia eorum profectus funditus dissipare nequeunt, a quibusdam illos suis operibus divertunt. Herbas itaque eis & arborum cortices mandent, est vel studia bene inchoantium, vel operationes quorundam jam more arborum ad superiora tendentium, pestiferis persuafionibus quasi quibuldam malitia sua dentibus dissipare. Herbas mandunt reprobri, cum infirmorum initia irridendo consumunt. Arborum quoque cortices mandunt, cum manu perversi consilijs vita recte creditum, tegmen honorum operum subtrahunt. Hos autem in quibusdam actibus velut arbores expoliant; illos vero velut herbas, quia despicientes trahunt; quasi que calcant comedunt. Quorundam jam fortitudinem in alta surgente ex parte demoliuntur; quorundam vero teneritudinem & adhuc in imis positam penitus conterunt. Dicat igitur: [ *Mandebant herbas, & arborum cortices:*] quia pravis irrisiōnibus in nonnullis exteriora opera, in nonnullis autem per spem virentia corda dissipabant. Vel certe herbas mandere, est levia quædam ac tenera de antiquis patribus imitari. Arborum vero cortices edere, est eorum opera superficie tenuis agere, sed intentionem rectam in eisdem operibus non tenere. Sunt enim nonnulli, qui dum presentis mundi gloriam ejusdem mundi actionibus adipisci non possunt, speciem sanctitatis appetunt, habitum venerationis sumunt, imitatores antiquorum patrum videri concupiscunt, & quadam quidem parva a levia peragunt, sed eorum fortia, & quæ ex solius charitatis radice prodeunt, imitari contemnunt. Hi videlicet herbas edunt: quia magna negligunt, & vilibus satiantur. Plerumque tamen etiam quædam quasi robustiora opera exercent: sed intentionem rectam in eisdem operibus non tenent. Quibus profecto arborum cortices mandent, est exteriores electorum actus assumere, & intentionem bonam in bonis actibus non habere. Dum enim pro humana laude recta opera exquirunt, sed imitari cor recte operantium negligunt, ex solis arborum corticibus replentur. Toto namque desiderio presentis vita gloriam, vel abundantiam querunt. Unde & recte subjungitur: [ *Et radix juniperorum erat cibus eorum.*] Intus enim quamvis per fidem po-

S. Greg. Tom. I.

A siti, dum plerumque avaritiae cogitationibus ser-viunt, quasi illud comedunt, unde in extremo vita suppliciorum alpera proferuntur. Qui dum frumenti divini eloquij non concupiscunt, sed ad rerum temporaliū ambitum serviant: nequaquam pane truci, sed radice juniperi satiantur. Ipsa quippe eos ab imis aque infimis oborta occupant, quæ illos more juniperi postmodum ex duritia tribulationum velut ex asperitate foliorum pungant. Contemnentes namque Deum hic, minime sentiunt quantum sit malum quod agunt. Adhuc enim juniperi radicem co-medunt, sed hujus radicis quam sunt rami asperi, non attendunt: quia nimur prava actio modo quasi ex radice delecat in culpa, sed postmodum quasi ex ramis pungit in pena. Ubi & bene subjungitur: [ *Qui de convallis ista rapientes, cum singulare-riſſent, ad ea cum clamore currebant.*] In compara-tione videlicet supernorum, omnis presens vita con-valis est. Hi autem quia sublimia montium, id est, fortia acta Sanctorum contemplari nesciunt, semper in oblatione insima quasi in convallis conver-santur: & dum quodlibet lucrum vel parvi stipendi inveniunt, cum clamore currunt, quia hoc abstrahere etiam jurgando moluntur. In convalle enim repertis singulis cum clamore currere, est sub-ortis caſuarum occasionibus etiam pro parva stipe litigare. Plerumque autem quem sanctum bona ac-tio ostentat, oborta terreni commodi occasio exami-nat. Videas namque nonnullos jam sublimia agere, jam in abstinentia, jam in doctrina opere patrum praecedentium exempla sectari; sed cum repente pre-sentis vita lucrum, quasi fructum convallis invenient, ad hoc cum clamore currunt: quia quasi diri-pita ad illud superducta sanctitatis tranquillitate proſiliunt. Postea quoque per herbas atque arbo-rum cortices non solum, ut predictum est, bonorum opera, sed in hac vita consolationes ac prospeti-tates intelligi. Sepe enim omnipotens Deus electos suos cum donis interioribus ditat, exterioribus etiam honoriibus sublevat. Cumque eos praferendo cere-ris honorabiles reddit, latius imitabiles ostendit: & nonnumquam prava eorum quidem vitam despi-ciunt, sed felicitatem in hoc mundo aſequi concu-piscunt. Quia igitur blandimenta hic transitoriae consolationes querunt, herbas comedunt: quia in cogitationibus suis exteriorum eorum gloriam medi-tantur, arborum cortices mandunt. Et quoniam in his omnibus soli avaritiae tota intentione deser-viunt, radice juniperi replentur. Quæ cuncta de con-vallis rapiunt: quia ex amore hujus infima & corruptibili vita immensis cupiditatibus inardeſ-cunt. Et cum singula rapiunt, ad ea cum clamoribus currunt: quia videlicet sanctorum patrum, quorum merita adipisci non querunt, loca atque regimina apprehendere satagunt: & cum tranquille nequeunt hec plerumque aſequi, etiam dirupta concordia pa-ce moluntur. Qui pro eo quod longè à patrum praecedentium actione disuneti sunt, recte subjungi-tur: [ *In deforis habitabant torrentium, & in caver-nis terra, vel super glaream.*] In bona eterni parte recte torrentes, sanctos predicatores accipimus: qui dum in praesenti vita divinis nobis eloquij influunt, aquarum multitudine quasi in hieme colliguntur. Qui & aeterno sole adveniente se subtrahunt: quia cum aeterna patriæ lux emicuerit, pradicare ceſſa-bunt. Horum torrentium deserta, sunt vita temporalis commoda. Ea namque deserunt, & ad lucra te-celestia adipiscenda convertunt. Cuncta autem hæc torrens illi reliquerat, qui dicebat: *Propter quem omnia detrimentum feci, & arborum ut flescor.* Sed <sup>phil. 3. b</sup> quia pravorum mentes ea in hac vita adipisci appetunt, quæ despicientes justi derelinquent, in deforis torrentium habitare referuntur. Illa enim quæ sanctis indigna sunt, ipsis percipere pro magno con-cupiscunt. Cavernæ autem terra, sunt cogitationes

P p

pravae, in quibus se ab humanis oculis abscondunt. Pravi quippe ut sunt, ab hominibus videri refugiant: dumque aliud quam sunt, esse se simulant, se in conscientia sua latibus quasi in terra cavernis occultant. Qui cuncta haec non agerent, nisi de eterna & solida vita desperarent, nill in hoc certo temporalitatis animum figerent. Unde bene subditur: [Vel super glaream.] Glarea namque est vita praesens, qua indefiniter ad terminum suum ipsum defectu mutabilitatis, quasi impulsu fluminis datur. Super glaream itaque habitare, est fluxui vita praesentis inhætere, & ibi intentionem ponere, ubi gressum nequeat fixe stando solidare. Est & aliud in glarea, quod nequaquam debeat tacendo præteriri: quia cum pes in ejus superficie ponitur, ipsa ejus voluntate labitur, atque ad ima devolvitur. Cui videlicet rei in nullo discrepat vita pravorum: quia cum pro amore mundi aliqua student licita atque honesta agere, quasi planum in superficie pedem ponunt; sed repente pes ad ima labitur, quia eorum actio dum plura semper appetit, usque ad iniqua & illicita descendit. Cum ergo sancta Ecclesia hujus temporis contraria tolerat, ad vitam carnalium, quos adversos sibi etiam in prosperis sustinuit, per memoriam recurrat, & quorum meritis hec patiatur, agnoscat, dicens: [In deservis habitabant torrentum, & in cavernis terra, vel super glaream.] Quia enim patrum doctrinis destituti sunt, in desertis torrentium: quia in occultis se cogitationibus regunt, in cavernis terra: quia verò in praesentis saeculi mobilitate intentionem suam figere appetunt, super glaream habitare referuntur. Sed utinam tales, quia peccata nolunt impugnare tentantia, flenendo tergerent vel commissa: utinam mala sua saltim perpetrata cognoscerent: atque sterili ficalnea coprophilum stercore, id est, infestuosa mente pinguedinem lamentationis admoverent. Sed habet hoc plerumque humanus animus proprium, quod mox ut in culpam labitur, a sui adhuc longius cognitione separatur. Hoc ipsum namque malum quod agit, mentis obicem ante oculum rationis interserit. Unde fit, ut anima prius voluntarii tenebris obessa, postmodum bonum jam nec quod querat, agnoscat. Quando enim magis malis adhæret, tanto minus intelligit bona quae perdit. Lux quippe veritatis quia subtiliter reproborum culpas examinat, quod D habita negligitur, eò permittit distractus iudex, ut nec amissa requiratur: & cùm ab actu repellitur, fugit à sensu: ut cuius quasi facies in opere contemnitur, ejus per recordationem jam nec terga videantur. Hinc itaque est quod reprobri subjiciunt flendis sceleribus gaudent, de quibus per Salomonem dicitur: *Qui latentur cum malefecint, & exultant in rebus pessimis.* Hinc est quod lacrymarum causas tripidantes peragunt: hinc est quod mortis sue negotium ridentes exequuntur. Unde hic quoque aperte subiungitur.

*Quod peccatores flagitorum confutudinem, que utique animam crebris punitionibus cruentant & lacerant, deliciosempuntur.*

#### CAPUT XVI.

**Q**uod inter hujuscemodi latabantur, & esse sub sensibus delicias computabant. ] Inter hujuscemodi latabantur, quia nimurum attendunt transitoria quae percipiunt, & intueri negligunt permanentia bona quae perdunt. Cumque amore temporalium flagrant, veram latitiam volentes ignorant. Quam si studiose cognoscere quererent, quam flenda sunt gaudia quae appetunt, viderent. Sed dum meliora scire contemnunt, sola sibi velut summa eligunt, quae visibiliter oculis fugaci seductione blandiuntur. Visibilia scilicet sequentes cor figurunt; & tanto extrinsecus gaudent, quanto recordationem sui in-

A trinsecus non habent. Miscentur tamen eorum gaudijs plerumque tribulationes: atque ex rebus ipsis, ex quibus superbunt, flagellantur. Neque enim sine gravibus curarum molestijs possunt temporalia quae appetunt, vel non habita querere, vel quiesca servare: inter æquales præstantiorem gloriam appetere: à minoribus reverentiam plus quam oportet exigere, & minus quam debent eandem majoribus exhibere: plerumque potentiam per injustitiam ostendere: semper prava agere; & tamen ne opinionem pravitatis habeant, formidolose custodi. Hec profectò omnia miseros pungunt: sed easdem punctiones ipso rerum temporalium vieti amore non sentiunt. Unde & rectè nunc dicitur: [Et effe sub sensibus delicias computabant;] quia peccatorum delectationibus preſi, ex affectu vita praesentis quam sint aspera quæ patiuntur, ignorant. Latentur itaque, sed sub sensibus: quia rebus quidem temporalibus gaudent; sed tamen dum dispensare sine tribulatione eadem temporalia non valent, eā cura punguntur miseri, quia premuntur. Manent sub sensibus, & hoc ipsum delicias astimant: quia & dura quidem ex praesentis vita amore tolerant, & tamen affectu nimis cupiditatis obligati, laborem ejusdem tolerantia voluntatem putant. Unde rectè Hieremias totius in se humanae conversationis speciem sumens, per lamentum queritur, dicens: *Inebriavit me ab synthio.* Ut enim in superiori jam *Tren.* parte prædiximus, ebruis quisque quod patitur *3. b.* sicut vero ab synthio inebriatur, & hoc quod sumpit amarum est; & tamen non intelligit eandem amaritudinem qua repletur. Humanum igitur genus recto Dei iudicio in voluptatibus suis sibi dimisum, atque per eisdem voluptates spontaneis tribulationibus traditum, ab synthio est ebruum: quia & amara sunt quæ pro hujus vita amore tolerat, & tamen eamdem amaritudinem cœcitate cupiditatis, quasi insensibilitate ebrietatis ignorat. Mundi enim gloriam sitiens, dum multas pro ea tribulationes reperit, amarum est quod bibit. Sed quia hoc nimis inhianter sumpit, ejusdem amaritudinis malum discernere jam pre ipsa ebrietate non sufficit. Amant enim perversi homines pro hujus mundi gloria etiam tribulationes, cunctisque pro ea fudoribus libenter serviunt, & gravium laborum jugo devotissime colla submittunt. Quod bene sub Ephraim specie Osce prophetante describitur, qui ait: *Ephraim viuula dotta diligere irrituram.* Vitula enim *see 10.* tritrix laboribus assueta, relaxata plerumque ad eundem laboris usum etiam non compulsa revertitur. Ita pravorum mens hujus mundi servitij dedita, & rerum temporalium fatigationibus assueta, etiam si sibi liberè vacare liceat, subesse tamen terrenis fudoribus festinat, & usu miseræ conversationis tritiram laboris querit: ut à jugo mundanae servitutis cessare non libeat, etiam si liceat. Quod videlicet jugum Dominus à discipulorum cervice sublevabat, cum dixit: *Attendez vobis, ne forte graventur corda vestra in crupula & ebrietate: illico adjunxit: Et in curia hujus vita; & superexpiat in vos repentina dies illa.* Et rursus: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis; & ego reficiam vos. Tollete jugum meum II. d. super vos; & discite à me, quia nimis suu, & humili corde.* Quid est enim Dominum mitem se in magisterio atque humilem dicere, nisi relatis exercenda elationis difficultatibus, plana quedam bene vivendi itinera demonstrare? Sed quia pravorum mentes plus per aspera elationis, quam per blanda humiliatis ac mansuetudinis delectantur; esse sub sensibus delicias deputant. Dura enim pro amore seculi quasi quedam mollia ac delectabilia ferre parati sunt, dum in hac vita rerum culmina apprehendere conantur. Cessationem Dominus à mundi laboribus imperat, sanctæ quietis dulcedinem perfundet: & tamen vanana iniquorum mens plus se assiqui aspera carnali-

ter, quam tenere blanda spiritualiter gaudet: plus acerbitate fatigantur, quam quietis dulcedine pacatur. Quod aperte in semetipso nobis Israëliticus populus ostendit: qui dum refectionem mannae de super perciperet, ab Aegypto ollas carnium, pepo- nes, porros, cepaque concupivit. Quid enim signatur in manna, nisi esca gratiae, suave sapiens, ad refactionem interioris vita bene vacantibus defuper data? Et quid per ollas carnium, nisi carnalia opera, vix tribulationum laboribus quasi ignibus excoquenda? Quid per pepones, nisi terrena dulcedines? Quid per porros ac cepas exprimitur, quae plerumque qui comedunt, lacrymas emitunt, nisi difficultas vita praesentis, qua dilectoribus suis & non sine luctu agitur, & tamen cum lacrymis amat? Manna igitur deferentes, cum peponibus ac carni- bus porros cepaque quaeruerunt: quia videlicet per- versa mentes dulcia per gratiam quietis dona despiciunt, & pro carnalibus voluptatibus laboriofa hu- jus vita itinera, etiam lacrymis plena concupiscunt: contemnunt habere ubi spiritualiter gaudent, de- sideranter appetunt, ubi & carnaliter gemant. Horum itaque recordiam veridica voce Job reprehendat: quia nimur perverso iudicio, perturbata tranquillis, dura lenibus, aspera mitibus, transitoria aeternis, suspecta securis anteponunt. Horum recordia sancta Ecclesia recordetur, cum saevis extrinse- cus adversitatibus premitur, quos intra se velut fi- deles continuit, sed eorum vitam ad versantem fidei diu toleravit, & dicat: [ *Qui inter hujuscmodi le- tabantur, & esse sub sensibus delicias computabant.* ] quia nimur mala qua agunt, ex iniquorum praecedentium pravitate didicunt. Unde & recte sub- juguntur: [ *Filiij stultorum & ignobilium.* ] Scindunt nobis est, quod alij intra sanctam Ecclesiam vocan- tur stulti, sed tamea nobiles, alij vero stulti & igno- biles. Stulti namque dicuntur, sed esse ignobiles ne- queunt, qui carius prudentiam contemnentes, pro- futuram sibi stultitiam appetunt: & ad nobilitatem interna prolis, virtutis nobilitate subleuantur: qui stultam sapientiam mundi despiciunt, & sapientem Dei stultitiam concupiscunt. Scriptum quippe est:

*Quod stultum est Dei, sapientia est hominibus.* Hanc nos stultitiam Paulus comprehendere admonet, di- cens: *Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc facu- lo, stultus fiat, ut sis sapiens.* Hanc stultitiam qui perfecte sequuntur, voce sapientiae audire merue- runt: *Vos qui sequuntur effis me, in regeneratione cum seferit filius hominis in sede maiestatis sua, sedebitis & vos super duodecim thronos, judicantes duodecim tribus Israel.* Ecce relinquentes temporalia, glori- ram potestatis aeternae mercati sunt. Quid itaque in hoc mundo stultius quam sua deserere? Et quid in aeternitate nobilior, quam cum Deo judices venire? Horum scilicet iudicium nobilitas Salomon at- testante memoratur, cum hoc quod jam praefatus sum, dicitur: *Nobilis in portis vir bonus, quando seferit cum senatoribus terra.* Valde quippe nobiles considerat, quos senatores vocat. Hanc in se nobilitatem Paulus aspicerat, cum cognitione conditoris per spiri- tum junctus dicebat: *Genus ergo cum simus Dei, non debemus estimare auro, vel argento, aut lapidi scul- ptura artis, & cogitationi hominis divinum esse simile.* Genus videlicet Dei dicimus, non ex ejus natura editi, sed per spiritum illius, & voluntarie conditi, & adoptive recreati. Tantò ergo ad hanc nobilitatem quisque erigitur, quanto per acceptam imaginem ad similitudinem illius ex imitatione renova- tur. At contra sunt stulti & ignobiles, qui dum su- pernam sapientiam, semetipos sequentes, fugiunt, in sua ignorantia quasi in abjecta prolis vilitate fo- piuntur. Quod enim id ad quod conditi sunt, non in- telligunt, eò etiam cognitionem accepta per ima-

S. Greg. Tom. I.

A ginem generositatis perdunt. Stulti sunt ergo & ignobiles, quos ab aeterna hereditatis consortio re- pellit servitus mentis. Scriptum quippe est: *Omnis homo, qui facit peccatum, servus est peccati.* Et voce egre- 1 Cor. 3, 12

gij praedicatoris dicitur: *Sapientia hujus mundi, stu- titia est apud Deum.* Qui ergo dum terrena saperent, ab intima generositate repulsi sunt, stulti simul & ignobiles fuerunt. Quorum dum plerique actus imi- tantur, filii stultorum & ignobilium sunt: dumque eos sensibus ac moribus sequuntur, stulti sunt, quia

veram sapientiam non intelligunt: & ignobiles, quia nulla spiritus libertate renovantur. Sed hi quamvis

iniquorum actus exerceant, plerumque tam in hac vita occupant loca iustorum: atque eorum se filios aestimant, quorum per honoris concupiscentiam

B officia exterius administrant. Quos sancta Ecclesia per correctionem ad cognitionem sui revocat: ut vi-

delicet in pravis desideriis positi, quorum sint filii attendant. Non enim eorum sunt filii, quorum loca terant, sed quorum opera exercent. Dicatur igitur recte: [ *Filiij stultorum & ignobilium.* ] Ubi apte subjungitur: [ *Et in terra penitus non parentes.* ] Si-

cuit enim plerique in terra sunt, & cognitione ho- minum abjectione vilitatis sua, quasi quadam super- ductione velaminis absconduntur: ita sunt non nulli in Ecclesia, qui dum se abjectioni pravorum operum subdunt, divino conspectui noti non sunt.

Quibus & quandoque dicendum est: *Amen dico vo- bis, nescio vos.* Esse ergo in terra & apparere, est in

Matt. 25, 4

fide recta per virtutem operis nobilitatem mentis ostendere. Esse vero in terra & penitus non appare-

re, est in Ecclesia quidem per fidem consistere, sed nil dignum fidei in opere demonstrare. Hi itaque in-

C tra sanctam Ecclesiam divinitatis oculis & videntur per iudicium, & tamen per bonae vitae meritum non

videntur: quia ea qua confitendo tenent, vivendo non exhibent. De quibus Paulus dicit: *Confitemur Tit. 1, 12*

se nostro Deum, factis autem negant. Hi in sancta Ec-

clesia fidem quam tenere se afferunt, prement potius

quam venerantur: dum sua magis illius nomine,

quam ejus adipisci lucra concupiscunt. Electi autem

D dum servare fidei meritum rectis operibus curant, ad auctoris sui notitiam etiam inter reproborum tu-

mulus appropinquant. Quod bene in Evangelio in

muliere sanguinis fluxu laborante signatum est; de

qua cum Dominus diceret: *Quis me tetigit?* Petrus

Luc. 5, 8

ratioinando respondit: *Turba te comprimit & af-*

*fligunt, & dicas, Quis me tetigit?* Sed audire cau-

fas vera rationis meruit, cum ei Dominus dixit:

*Tetigit me aliquis nam & ego novi virtutem exisse de*

*me. Ecce turba preambat Dominum, sed tamen so-*

*la tetigit, qua ad illum humiliter venit: quia nimi-*

E rum multi etiam in sancta Ecclesia reprobi veritatem cognoscendo premunt, quam bene vivendo tangere

negligunt. Premunt, & longè sunt: quia divinam

notitiam professionibus sequuntur, moribus fugiunt.

Premunt inquam, sed longè sunt: quia eidem fidei,

quam loquendo adstruunt, agendo male contradic-

unt. Sic ut ergo hoc testimonio docemur, quia non-

nulli Dominum tangendo non tangunt; ita nonnulli

videntur a Domino etiam cum non videntur: quia

occultis ejus obtutibus & ad damnationis suppli-

*Quod hereticorum opprobria & contemptus ad patientiam Sanctorum cooperantur in bonum: & frumentum silentij oportere imponi, ubi predicatione videatur contemni.*

## CAPUT XVII.

*N*unc in eorum canticum versus sim, & factus sum eis proverbium. ] Quibus videlicet verbis illud sancte Ecclesie tempus exprimitur, quo publice a reprobis irridetur: quando inquis crescentibus, in opprobrium fides, & veritas erit in crimen. Tantò quippe despectior unusquisque erit, quanto justior esse potuerit: tantò abominabilis, quanto laudabilis. Sancta itaque electorum Ecclesia afflictionis tempore proverbium pravis efficitur: quia cum bonos mori per tormenta conspiciunt, ab eis similitudinem maledictionis sumunt. Quo enim transitoriam mortem vident, sed permanentem vitam non vident: tantò magis deridendo, mala praesentia fugiunt, quanto per intellectum intrinsecus ad bona permanentia non pertingunt. Sed ea quae subiecta sunt, quia obscurioribus sentientijs implicata non sunt, debemus sub brevitate transcurrere: ut ad ea in quibus laborandum est, valeamus citius pervenire. Sequitur: [ *Abominantur me, & longè fugiunt à me: & faciem meam confovere non verentur.* ] Longè à sancta Ecclesia fugiunt omnes iniqui non paibis gressuum, sed qualitatibus morum: longè fugiunt non loco, sed merito, dum crescente superbia, aperta eam exprobatione contemnunt. Faciem namque ejus confovere, est non tantum in absentia bonis detrahere, sed unquamque iustum etiam in praesentia confutare. Quos tunc pravi, dum aperte irridendo despiciunt, in eorum contumelij fluxa verba quasi defluentes salivas emittunt. Sed scit sancta Ecclesia in passionibus crescere, atque inter opprobria honorabilem vitam tenere: scit nec adversis dejici, nec de prosperis gloriari: novit contra prospera mentem suam in dejectione sternere, novit contra adversa animum ad spem superni culminis exaltare: scit bona sua misericordia Redemptoris, scit mala sua justitia tribuire judicis: quod & bona illo largiente habeat, & mala illo permittente patiatur. Unde & mox de Domino subjungit, dicens: [ *Pharetram enim suam aperuit, & affixit me.* ] Quid per pharetram Dei, nisi occultum consilium designatur? Sagittam vero de pharetra Dominus jacit, quando de occulto consilio apertam sententiam emittit. Quia enim flagellatur quis, cognoscimus: sed qua ex causa flagellum veniat, ignoramus. Cum vero post flagella, vita correctio sequitur; etiam ipsa consilij virtus aperitur. Pharetra igitur clausa, est consilium occultum. Sed aperta pharetrâ affligimur, quando per id quod post flagellum sequitur, quo consilio flagellamus, videmus. Cum peccata Dominus videt, & tamen manum ad vindictam non commovet, quasi clausam pharetram tenet: sed feriendo indicat, quantum ei in nobis displicuit hoc quod diu videndo toleravit. Sancta itaque electorum Ecclesia tribulationibus pressa dicat: [ *Pharetram enim suam aperuit, & affixit me.* ] Que adversiorum voces insolentes sufficiens, dum cernit quod ejus praedicatione non admittitur, quorundam duritiam deferens, praedicationis sue verba moderatur. Perpendens etenim persecutores suos ad exhortationis sue vocem deteriores existere, magis eligit tacere. Cumque indigos qui audiant, conspicit, praedicationem suam obducto silentio adstringit. Unde aperte subjungit: [ *Et fratum posuit in os meum.* ] Fratum sibi apud quosdam positum cognoverant, qui dicebant: *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indigos vos iudicatis aeterna vita, ecce convertimur ad Gentes. Frat-*

19.

E

47. 13. 8. *frat-*

*um silentij sibi superimpositum sancti viri apud durare reproborum corda conspicunt, qui per Prophetam dicunt: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Fratum ponit etiam Paulus admodum, qui discipulo precepit, dicens: *Hereticum post primam & secundam correptionem derita, sciens quia subversus es, qui eiusmodi es, & delinqutis proprio iudicio condemnatus.* Sancti quippe doctores plerumque alta consideratione resistentur corda conspicunt, & dum ea derelicta divinitus vident, afflitti gementesque conticescunt. An non aliquid fratum Salomon doctoribus imponit, qui dicit: *Noli arguere derisorum, ne oderis te.* Sed si ab increpatione idcirco reticemus, quia contra nos insurgere derisoris odia formidamus, non jam lucra B Dei, sed nostra querimus. Quia in re sciendum est, quod nonnumquam cum redarguntur pravi, detestiores existunt. Ipsi ergo & nobis parcimus, si ab eorum redargutione pro corum amore cessamus. Unde necesse est, ut aliquando toleremus tacendo quod sunt, quatenus in nobis discant videndo quod non sunt. Quia igitur sancta Ecclesia, que verba sua semper per charitatem exerit, ea etiam nonnumquam ex charitate restringit, dicat: [ *Fratum posuit in os meum.* ] Ac si aperte farcatur, dicens: Quia in quibusdam profectum non vidi prædicationis, ab eis impetum temperavi, ut vitam meam saltum per patientiam differenter, cum verba mea admittere per oblatam prædicationem nollent. Sed plus nobis hoc plerumque in tribulationibus dolet, quod eas ab illo patimur, in quibus germano amore confidebamus. Unde & subditur.*

A num silentij sibi superimpositum sancti viri apud durare reproborum corda conspicunt, qui per Prophetam dicunt: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Fratum ponit etiam Paulus admodum, qui discipulo precepit, dicens: *Hereticum post primam & secundam correptionem derita, sciens quia subversus es, qui eiusmodi es, & delinqutis proprio iudicio condemnatus.* Sancti quippe doctores plerumque alta consideratione resistentur corda conspicunt, & dum ea derelicta divinitus vident, afflitti gementesque conticescunt. An non aliquid fratum Salomon doctoribus imponit, qui dicit: *Noli arguere derisorum, ne oderis te.* Sed si ab increpatione idcirco reticemus, quia contra nos insurgere derisoris odia formidamus, non jam lucra B Dei, sed nostra querimus. Quia in re sciendum est, quod nonnumquam cum redarguntur pravi, detestiores existunt. Ipsi ergo & nobis parcimus, si ab eorum redargutione pro corum amore cessamus. Unde necesse est, ut aliquando toleremus tacendo quod sunt, quatenus in nobis discant videndo quod non sunt. Quia igitur sancta Ecclesia, que verba sua semper per charitatem exerit, ea etiam nonnumquam ex charitate restringit, dicat: [ *Fratum posuit in os meum.* ] Ac si aperte farcatur, dicens: Quia in quibusdam profectum non vidi prædicationis, ab eis impetum temperavi, ut vitam meam saltum per patientiam differenter, cum verba mea admittere per oblatam prædicationem nollent. Sed plus nobis hoc plerumque in tribulationibus dolet, quod eas ab illo patimur, in quibus germano amore confidebamus. Unde & subditur.

C *Quod nonnumquam qui in Ecclesia sub nomine Christi militant, Christi in eadem nomen impugnant.*

## CAPUT XVIII.

A *D de dextram orientis calamitates mee illico surrexerunt.* ] Ad sinistram quippe calamitates surgerent, si à quibuslibet extra religionem positis, & aperte Christum negantibus, persecutio adversa sustineret. Cùm verò ab aliquibus quasi fidelibus tentationem cruciamentorum patitur, quasi ad dexteram illi calamitates oriuntur: quia hi qui sub Christi nomine militant, Christi in ea nomen impugnant. Ipso enim locutionis usu, pro dextro habere dicimus, quod pro magno penfamus; pro sinistro verò id quod despiciimus: quod Zacharias aperte insinuat, dicens: *Et ostendit mihi Iesum sacerdotem magnum, stantem coram Angelo Domini, & satan stabat a dextro eius, ut adversaret ei.* Qui ut patentiū hoc quod præmisit, offendere, fecutus adjunxit: *Et dixit Dominus ad satan: Incepit Dominus in te satan, qui elegit Hierusalem. Numquid non est iste torris erutus de igne?* Et Iesus induitus erat vestibus sordidis. Sordidis enim uestibus Iesus induitus erat, quia quamvis alienus ab omni peccato, tamen in similitudinem venit carnis peccati. Cui venienti satan à dextris stetit. Pro magno namque Dominus Iudeum populum & pro nihilo Gentes habere videbatur. Sed postquam incarnatus apparuit, gentilitas quæ pro finistro habuit, credidit; Iudeus vero populus ad perfidiam declinavit. Satan ergo illi à dextris stetit: quia illum ei populum rapuit, qui dudum dilectus fuit. Sed quia ipse Iudeus populus, modò perditus, in fine est quandoque crediturus, Prophetæ testante, qui ait: *Reliqua salvo* Eze. 10. *fient: satan è dextris sui Dominus removet,* dicens: *Incepit Dominus in te satan.* Et ejusdem populi liberationem indicans, subdit: *Quia ele- ibid. git Hierusalem.* Qui nimurum populus, quia ad gehennæ incendia, perfidia duce, defluebat, sed dum ad fidem reducitur, ab eodem æterni ignis incendio liberatur, statim de eo illic subditur:

*Ibid.* *Nunquid non est iste torris erutus de igne?* Sicut ergo illic pro dextra plebs Judaica, ita hoc in loco dextræ vocabulo, fidelis populus sancte Ecclesie designatur. Unde & venturus judex heros ad sinistram, agnos ad dexteram ponet. Sed cum sanctam Ecclesiam adversitatem tempore ipsi quoque lacescunt, qui fideles esse videbantur; ei proculdubio calamitates ad dextram surgunt. Bene autem haec ipsa dextra orientis vocatur. De ipso quippe ejusdem capite scriptum est: *Oriens est nomen eius.* Nam quia ab oriente lux surgit, rectè Oriens dicitur, cuius justitia lumine, nostra justitia nox illustratur. Ad orientis ergo dextram calamitates surgunt; quia hi quoque ad persecutionem prossiliunt, qui electa membra Redemptoris nostri esse creditur. Juxta quam videlicet calamitates rectè illino afflent surgere: quia dum non erant extranei qui persequuntur, ab eis repente mala & illico sunt. Si vero dextra, hi qui veraciter fideles sunt appellantur; calamitates ad dextram orientis surgunt, quia erumpente persecutionis articulo, crudeles pravorum impetus justi patiuntur. Sequitur:

*Quod dum maligni spiritus, vel perversi homines, extrema Ecclesie membra persequuntur, videtur Deus non ferre auxilium, cum statim non eripit, cum eos quos amat, aliquando utiliter derelinquit.*

#### C A P U T X I X.

*Pedes meos subverterunt, & oppreserunt quasi fluitibus semitis suis.*] Quid per pedes Ecclesie, nisi extrema illius membra signantur? Quæ dum ad opera terrena deserviunt, tanto celerius ab adversariis falli possunt, quanto sublimia minus intelligunt. Hos itaque pedes adversarij subvertunt, videlicet cum extrema membra illius ad sui dogmatis errorem trahunt. Subversi pedes viam tenere nequeunt, cum infirmi quique persecutorum suorum vel promissionibus persuasi, vel minis territi, vel cruciatibus fracti, ab itinere recto deviant. Bene autem adversariorum semita fluitibus comparantur, cum dicitur: [ *Et oppreserunt quasi fluitibus semitis suis.* ] quia felicitas vita pravorum insolenti inquietudine molesta, ad obruendam, ut ita dixerim, navem cordis quasi tempestas illabitur. De qua videlicet tempestas per Salomonem dicitur: *Quasi tempestas transiens non erit impensus.* Cumque infirmi quisque perversos florere conspicit, hunc in perversitatis pelagus unda miseræ imitationis mergit. Sequitur: [ *Dissipaverunt itinera mea, insidiati sunt mihi, & prevaluerunt, & non fuit qui ferret auxilium.* ] Dicat hæc beatus Job de malignis spiritibus, videlicet hostibus occultis: dicat universa Ecclesia de pravis persecutoribus, scilicet adversariis apertis. Ipsi quippe ejus itinera dissipant, cum in quorundam infirmorum mentibus, veritatis vias callida persuasione perturbant. Ipsi insidiantes prevalent, cum eos quos aperte ad malum trahere nequeant, bona simulando perversunt. Sed mirum valde est quod subiicit: [ *Non fuit qui ferret auxilium.* ] cum de divino adjutorio Psalmista claret: *Adjutor in opportunitatibus, in tribulatione, & Sperant in te, qui noverunt nomen tuum, quoniam non derelinques quarentes te Domine.* Et cum rursum scriptum sit: *Quis speravit in Domino, & confusus est; permanxit in mandatis ejus, & derelictus est?* Et quis invocavit illum, & despexit eum? Quia itaque ratione nunc dicitur: [ *Non fuit qui ferret auxilium;* ] nisi quia omnipotens Deus eos, quos in eternum diligit, aliquando ad tempus relinquat. Unde scriptum est: *Ad punctum in modico dereliquerit te, & in miserationibus magnis congregabatur. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.* Hinc etiam Psalmista deprecabatur, dicens:

*A Non me derelinquas usquequaque: Derelinqui ipsis. & se ad modicum posse utiliter noverat, qui ne usquequaque relinqueretur, petebat. Sanctos etenim suos Dominus veniendo adjuvat, relinquendo probat; donis firmat, tribulationibus tentat. Unde rectè quoque per quemdam sapientem dicitur: In Ecclesi. 4<sup>a</sup> primis elegit eum, timorem & metum & probationem induces super illum, & exruciabis illum in tribulatione doctrina sua, donec tentet illum in cogitationibus illius. Justi quippe animam gratia vocat, tentatio interrogat. Et omnipotens Deus electorum suorum adversarios temporaliter permitit ex crescere, ut per malorum fætum purgetur vita bonorum. Numquam quippe Dominus adversus bonos eos fævere permitteret, nisi etiam quantum prodeissent videret. Nam dum injusti fæviunt, justi purgantur, & utilitati innocentium militat vita pravorum, dum hanc & premendo humiliat, & humiliando semper ad melius format. Unde rectè quoque per Salomonem dicitur: *Qui stultus est, serviet sapienti.* Et *propter* tamen sècè conspicimus sapientes subesse, stultos vero arcem dominij tenere: sapientes serviliter obsequi, stultos tyrannica elatione dominari. Quomodo igitur definitione divinæ sententiae sapienti stultus servit, dum plerumque hunc jure temporalis dominij comprimit? Sed sciendum est, quia contra sapientis vitam, dum stultus praeminenſis terrorem potestatis exercet, dum hunc laboribus fatigat, contumeliis lacerat, profectò hunc ab omni vitorum rubigine urendo purgat. Stultus ergo sapienti etiam dominando servit, quem ad meliorem statum premando provehit. Sic nonnumquam pupillis dominis ad disciplinam magisterium servi præfunt, terrent, premunt, feriunt, & tamen esse servi nullo modo desistunt: quia ad hoc ipsum ordinati sunt, ut proficiens dominis etiam feriendo famulentur. Quia igitur mala reproborum, bonos dum cruciant, purgant; utilitati justorum militat etiam potestas iniquorum. Sed plerumque justi tribulatione deprehensi, tardam manum subvenientis astimant, cum se persequentum immanitas paullò longius angustat. Et concita quidem sunt ereptoris remedia; sed hoc quod ab ereptore citius agitur, dolenti tardum videtur. Cumque adesse pollutioni auxilium queritur, si vocem non statim sequitur, quia deficit astimatur. Unde nunc dicitur: [ *Et non fuit qui ferret auxilium.* ] Quia videlicet in voce ipsa vis passionis exprimitur; quia supernum auxilium, etiæ adest quantum ad ordinatam providentiam protectoris, deesse tamen creditur quantum ad concita vota patientis. Sequitur.*

*Quod miseras errantium Sancti suas reputant, cum eorum corda rupta fidei muro persuasione heretica vident dissipata.*

#### C A P U T X X.

*Va si rupto muro, & aperta janua irruerunt super me, & ad meas miseras devoluti sunt.*] Quid hoc loco muri nomine, nisi Redemptor humani generis appellatur? De quo pro sancta Ecclesia ædificatione per Prophetam dicitur: *Ponetur in Esa. 26.4 ea murus & antemurale.* Ipse enim nobis murus est, qui ad corda nostra pertinere malignorum spirituum cursum vetat. Qui nostræ quoque fidei etiam antemurale posuit: qui priusquam se per carnem ostenderet, prædicatores sui mysterij prophetas misit. Rectè quippe antemuralis nomine vocantur: quia dum subsequentem prædicaverunt Dominum, quasi ante murum steterunt. Sed quasi murus rumput, cum pravorum persuasionibus fides, quæ in Redemptore nostro est, in quorundam corde dissipatur. Cumque perversis in hac vita potestas tribuitur, quid aliud quam janua erroris aperitur? Quasi rupto ergo muro, & aperta janua, super

Pp iii

bonos irruunt mali, cùm accepta temporaliter potestate, perversi ipsa quoque in quorundam corde defruere munimina fidei conantur. De quibus aperte dicitur: [Et ad meas miseras devoluti sumus;] quia videlicet prius ad suas. Nisi enim perversè vivendo, ad suas antè miseras caderent, nequaquam ad eas postmodum & alios suaderent. Sed post suas reprobis & ad nostras miseras devolvuntur, quando ad ea mala, in quibus jam ipsi implicati sunt, etiam quosdam nobis unitos trahunt. Potest quoque intelligi muri nomine, munitione discipline; Salomonem attestante, qui ait: *Per agrum hominis pigri transfixi, & per vineam viri stulti: Ecce totum replaceant urticae, operuerant superficiem ejus spinae, & materia lapidum destruta erat.* Per agrum enim hominis pigri, atque per vineam viti stulti transire, est cujuslibet vitam negligenter inspicere, ejusque opera considerare. Quam urticæ vel spinae replent: quia in corde negligētum prurientia terrena defideria, & punctiones pullulant vitiorum, quippe quia scriptum est: *In desideriis est omnis otiosus.* Maceria lapidum destruta erat: id est, disciplina patrum ab ejus corde dissoluta. Nam quia destrutam mace-riam lapidum, dissolutam esse disciplinam vidit, protinus illic fecutus adjunxit: *Quod cum vidissimum, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam.* Quasi ruptio ergo muro hoftis ingreditur, cum vel malignorum spirituum, vel pravorum hominum persuasione callida, disciplinæ munimina in corde dissipantur. Sed cùm ejusdem disciplinæ vigor in corde reproborum solvit, ante eorum oculos cunctæ bonorum opera despœctui habentur, nihilque esse aestimant, quidquid de virtutibus electorum vident. Unde & subditur: [Reductus sum in nihilum.] Apud estimationem quippe malorum in nihilum redigimus, quando ea que ipsi quasi summa diligunt, bona temporalia non tenemus. Despectis namque supernis promissionibus, terrena defiderant; & si quando in eorum mente aliquid de appetitu æternitatis oritur, suborta citius transitoria delectione dissipatur. Unde & statim subiungitur: [Abstulit quasi ventus desiderium meum.] Fidelis quippe populus se pati denunciat, quod eos quos diligit, pati dolet. Ventus ergo desiderium tollit, cùm res qualibet transitoria, æternitatis appetitum destruit. Unde adhuc congrue subinfertur: [Erubes nubes pertransiit salus mea.] Nubes quippe in alto eminet, sed hanc ad cursum flatus impellit. Sic nimurum, sic sunt temporalia iniquorum bona. Vellit in alto quidem per honoris celitudinem degere videntur; sed ad cursum vite quotidie, quasi quibusdam mortalitatis sua flatibus impellantur. Salus ergo ut nubes transit: quia perversorum gloria, qua alta est, fixa non est. Sed expletis desideriis astibulque infirmantium, ad electorum vocem sermo convertitur, cùm protinus subinfertur: [Nunc autem in memetipso marcescit anima mea, & possident me dies afflictionis.] Electorum quippe anima nunc marcescit, quia in illi postmodum æterna exultatione viridefecit. Modò eos dies afflictionis possident, quia dies letitiae post sequuntur. Scriptum quippe est: *Timenti Deum bene erit in extremis.* Etrursum de Ecclesia dicitur: *Ridebit in die novissimo.* Nunc enim tempus afflictionis est bonus, ut sequatur eos exultatio quandoque sine tempore. Hinc ab eis alias dicitur: *Humiliasti nos in loco afflictionis.* Locus namque afflictionis, est vita praesens. Justi ergo hic, id est, in loco afflictionis, humiliati sunt: quia in æterna vita, id est, in loco gaudij sublimantur. Cum vero marcescere animam dicret, recte etiam premisit, [In memetipso;] quia in nobis metipis quidem affligimur, sed in Deo mens nostra refovetur: tantoque à viriditate gaudij longè fit, quanto adhuc ab auctoris repulsa lumine ad se credit. Tunc vero ad veræ letitiae viriditatem

A pervenit, quando per æternæ contemplationis gratiam sublevata etiam semetipsam transit. Sed haec quæ allegorica indagatione transcurrimus, oportet ut per omnia etiam juxta historiam teneamus. Quia tamen nunc idcirco prætero, quia hac aper-ta esse legentibus non ignoro. Diebus autem perfec-tionis ultimæ, quia multi sunt qui pereunt, & pauci qui salvantur; idcirco vir sanctus passionis fuæ tempore & pauca de bonis, & multa de per-versis loquitur. Unde & mox ad eorum personam qui corrunt, verba convertit; sicutque sua insinuat, ut audientibus possint congruere quæ narrat. Nam sequitur.

B *Quod in nocte tribulationum hujus saeculi, etiam qui perfecti videbantur, & quasi offa carnarium, aliquando laetitudine succumbant, & à Sanctorum infestatione maligni spiritus numquam quietescant.*

#### CAPUT XXI.

**N**oste os meum perforatur doloribus: & qui me comedunt, non dormiunt. Si ipsi historia intendimus, pater causa: quoniam sancti viri corpus per sinus ulcerum scaturiens vermium multitudine lacraberat. Si vero allegoria mysterium perscrutamus, quid per offa, nisi fortis quisque in sanctæ Ecclesiæ corpore designantur? Qui quasi suo robore membra continent, dum mores infirmantium stabiliter portant. Sed cum tribulationis ultimæ contra eam fervor excreverit, in nocte os illius perforatur doloribus: quia nonnumquam tormentis vieti, etiam ipsi ad perfidiam defluunt, qui ad fidem alios tenere videbantur. Ait ergo: [Nocte os meum perforatur doloribus.] Ac si aperte dicat: Tribulationis tenebris preffsi, ita afflictione tenebrantur, ut & ipsi qui in me habebant vigorem fortitudinis, quasi jam quoddam habeant foramen timoris. Bene autem dicitur: (Et qui me comedunt, non dormiunt:) quia maligni spiritus, qui carnales quoque de Ecclesiæ consumunt, tantò magis quiescere à tentatione nesciunt, quandò nullo carnis pondere gravantur. Sed persecutores sanctæ Ecclesiæ quia valde peruersi sunt, efficiunt utinam pauci. Sequitur.

*Quod imminutate percussionum Sancti qui Christo quasi vestimentum adherent, vieti tormentis deficiunt, & constrictio capiti libertas prædicationis suffocata extinguetur.*

#### CAPUT XXII.

**I**n multitudine eorum consumitur vestimentum meum, & quasi capisso tunica succinxerunt me. Si historia intendimus, quid aliud vestimentum beati Job, quam ejus corpus accipimus: cuius videlicet vestimentum consumitur, dum caro cruciatur. Juxta allegoriæ verò mysterium, vestimentum est sanctæ Ecclesiæ fidelium vita. Nam sicut tota simul Ecclesiæ vestimentum Christi, ita fideles quoque ejusdem Ecclesiæ vestimenta deputantur. Si enim sanctæ Ecclesiæ vestimentum Christi non esset, Paulus profectò non diceret: *Vt exhibe- Ephes. ret sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam,* neque rugam: id est, nec per peccatum habentem maculam, nec per duplicitatem rugam: quia & per justitiam munda est, & per simplicem intentionem terfa. Quæ igitur abluta est ne habeat maculam, terfa est ne habeat rugam, utique vestis est. Sicut ergo indumentum Christi tota generaliter Ecclesia dicitur; sic indumentum sunt Ecclesiæ singulorum animæ, quæ ab errore conversæ, eamdem Ecclesiæ credendo, eique fideliter inhærendo circum-dant. De quibus eidem Ecclesiæ per Prophetam Dominus dicit: *Vivo ego, quia omnibus his velut Eze. 49. ornamento vestieris.* Sed cùm procolla sevæ persecu-

tionis oboritur, plerique fidelium ab ejus amore separantur, qui ei sedulò inhærente videbantur. Dicat ergo: [In multitudine eorum consumunt vestimentum meum:] quia dum multi sunt qui cruciant, destruant plurimi qui ei connexione amoris inhærebat. Bene autem subditur: [Et quascapitio tunicae succinerunt me.] Tunicae quippe capitum collum circumdat induentis. Collum verò si stringitur, vocis ulus & vitalis flatus necatur. Sanctam ergo Ecclesiam reprobri quasi capitio tunicae constringunt, quia in ea persecutionibus suis vitam fidei, & prædicationis vocem extinguere conantur. Hoc quippe conari persecutores ejus specialiter solent, ut ab ea ante omnia verbum prædicationis tollant. Unde & hi qui sancte fidei primordii resistebant, ad. 5. e casis Apostolis denuntiabant, dicentes: Præcipiendo præcepimus vobis ne doceretis in nomine isto, & ecce repletis Hierusalem doctrina vestra. Corpus ergo sanctæ Ecclesie quasi capitio tunicae cinxerant, qui confititiis præparatoribus, velut ejus collum prementes, in ea claudere iter vocis solebant. Sed electi quique persecutionis sua tempore paratores sunt mori, quam tacere. Qui dum in morte temporaliter corrunt, à stultis quibusque & carnalibus despici ac viles aestimantur: quia cum videre reprobi nequeunt, quæ electi bona spiritualiter teneant, quos carnaliter extinguui conspiciunt, infelices arbitrantur. Unde & subditur: [Comparatus sum luto, & assimilatus sum favilla & cineri.] In reproborum quippe judicio, sanctæ electorum Ecclesia luto comparatur: quia temporaliter conculcata despicitur. Favilla assimilatur & cineri: quia dum bona ejus interiora non vident, ad sola hanc mala perveniente estimant, que in ea exhiberi corporaliter vident. Fidelis tamen electorum populus cum multis ex se cadere conspicit, optat, si obtinere valeat, adversitatis sua tempora mutari. Hujus quia oratio differatur, gemitus augerit. Unde adhuc subditur: [Clamo ad te, & non respicias me.] Sancta quippe Ecclesia persecutionis sua tempore fide stat, desideriis clamat. Sed dolet se quasi non respici, dum sua videt in tribulationibus vota defiri. Alto namque consilio, omnipotens Deus cum Sancti ejus adversariorum persecutionibus comprimuntur, cumque astudis ui liberentur interpellationibus clamant, differre solet voces patientium, ut merita patientium crescant; quatenus eò magis exaudiuntur ad meritum, quod cùm non exaudiuntur ad votum. Unde alia scriptum est: *Pf. 21. a* Deus meus clamabo per diem, nec exaudies, & nocte. Atque ipsa utilitas de exaudiendi mora mox subditur, cum illic protinus subinfertur: *Et non ad insipientiam mihi.* Ad multiplicandam quippe Sanctorum sapientiam proficit, quod postulata tardè percipiunt, ut ex dilatione crescat desiderium, ex desiderio intellectus augeatur. Intellectus verò cùm intenditur, ejus in Deum ardenter affectus aperitur. Affectus autem ad promerenda cœlestia tantò fit capax, quanto fuerit expectando longanimes. Sed tamen inter hæc Sanctorum patientiam dolor urget ad vocem, & cùm dilati proficiunt, metuunt ne deficientibus viribus despici reprobentur. Sequitur.

*Quod impropriæ Deus datur zelare, & irasci, & pœnitere, & miseri, & cetera hujusmodi: & quod crudelis datur tunc, cum districte peccata uincatur.*

#### CAPUT XXXII.

*M*eritus es mihi in crudelē, & in duritate manus tua adversaris mihi.] Longè ab hac sententia vetusta translatio dissonat, quia quod in hac deo dicitur, hoc in illa de adversariis ac persecutoribus memoratur. Sed tamen quia hæc nova trans-

A latio ex Hebreo nobis Arabicoque eloquio cuncta verius transfigurata perhibetur, credendum est quidquid in ea dicitur: & oportet, ut verba illius nostra expositio subtiliter rimetur. Ait ergo: [Meritus es mihi in crudelē, & in duritate manus tua adversaris mihi.] In Scriptura sancta cum de Deo aliiquid indignum dicitur, moveret legentis animus, velut si aliquando de Deo aliiquid indignum dicatur. Pene omne quippe quod de Deo dicitur, eo ipso jam indignum est, quò potuit dici. Nam cujus laudi non sufficit obstupescens conscientia, quando sufficiet loquens lingua; Sanctus autem Spiritus hoc ipsum hominibus intelligentibus insinuans, quām sint ineffabilia summa & divina, his etiam verbis nonnumquam de Deo uitur, quæ apud homines habentur in virtute; ut ex his quæ indigna videntur hominibus, & tamen dicuntur de Deo, admoneantur scire homines, quod nec illa jam Deo digna sint, quæ dum digna habentur apud homines, digna putantur Deo. Dicitur enim Deus zelans, sicut scriptum est: *Dominus zelotes nomen ejus.* Dicitur Exo. 34. b iratus, unde scriptum est: *Irratus est Dominus contra Israel.* Dicitur Deus penitens, sicut scriptum Num. 1. b est: *Pœnitit me fecisse hominem super terram.* Et Gen. 6. b rursus: *Pœnitit me quod constituerim Saul regem in I. Reg. Israel.* Dicitur misericors, sicut scriptum est: *Misericors & miserat Dominus, patiens & multum misericors.* Dicitur præciosus, sicut de illo ait Apostolus: *Quos præscrivit, & prædestinavit conformes Rom. 8. f fieri imaginis Filij sui: dum nec zelus, nec ira, nec pœnitentia, nec proprie misericordia, nec præscientia esse possit in Deo. Hæc namque omnia ab humanis in illum qualitatibus tracta sunt, dum ad nostræ infirmitatis verba descendit, ut quasi quibusdam nobis gradibus factis, & juxta nos positis, per ea quæ nobis vicina conspiciimus, ad summa ejus ascendere quandoque valeamus. Zelare enim dicitur, qui cum cruciatu mentis castitatem custodit uxoris. Irasci dicitur, qui fervore animi contra puniendum vitium accendit. Pœnitere dicitur, cui id quod fecit, displacebit, & econtra mutando aliquid aliud facit. Misericors dicitur, qui pietate ad proximum permoveatur. Misericordia autem à misero corde vocata est, eo quod unuquisque intutatur quempiam miserum, atque ei compatiens, dum dolore animi tangitur, ipse cor miserum facit, ut eum à miseria liberet cui intendit. Præcire dicitur, qui unquamque rem, antequam veniat, videt, & id quod futurum est, priusquam praefens fiat, prævidet. Deus ergo quomodo zelans est, qui in custodienda castitate nostra nullo mentis cruciatu tangit? Quomodo irascitur, qui in ulciscendis virtutis nostris nulla perturbatione animi commovetur? Quomodo est pœnitens, qui id quod semel fecerit, se fecisse nequamque doler? Quomodo habet misericordiam, qui cor unquam miserum habet? Quomodo est præciosus, dum nulla nisi quæ futura sunt, præsciantur? Et scimus quia Deo futurum nihil est, ante cujus oculos præterita nulla sunt, præfentia non transiunt, futura non veniunt: quippe quia omne quod nobis fuit & erit, in ejus prospexitu præsto est; & omne quod præsens est, scire potest prius quam præscire. Et tamen dicitur zelans, dicitur irasci, dicitur pœnitens, dicitur misericors, dicitur præciosus: ut quia castitatem animæ uniuersusque custodit, humano modo zelans vocetur, quamvis mentis cruciatu non tangatur. Et quia culpas percutit, dicitur irasci, quamvis nulla animi perturbatione moveatur. Et quia ipse immutabilis id quod voluerit mutat, pœnitere dicitur, quamvis rem mutet, consilium non mutet. Et cum miseria nostra subvenit, misericors vocatur, quamvis miseri subveniat, & cor miserum numquam habeat. Et quia ea quæ nobis futura sunt videt, quæ tamen ipsi semper præsto sunt,*

præcūs dicitur, quamvis nequaquam futurum prævideat, quod præsens videt. Nam & quæque sunt, non ab eternitate ejus ideo videntur quia sunt, sed ideo sunt, quia videntur. Dum ergo ad verba mutabilitatis nostræ descenditur, ex eis quibusdam gradibus factis ascendat qui potest ad incommutabilitatem Dei, ut videat sine zelo zelantem, sine ira irascentem, sine dolore & paenitentia penitentem, sine misero corde misericordem, sine prævisionibus præscientem. In illo enim nec præterita, nec futura reperiri queunt, sed cuncta mutabilia immutabiliter durant, & quæ in seip̄is simul existere non possunt, illi simul omnia assistunt, nihilque in illo præterit quod transit: quia in eternitate ejus modo quadam incomprehensibili, cuncta volumina facultorum transiunt manent, currentia stant. Sicut ergo accipimus sine zelo zelantem, sine ira irascentem, ita à sancto Job etiam sine crudelitate dici potuit crudelis. Crudelis quippe dicitur, qui districte feriendo non parcit, ut videlicet hoc loco crudelis districte feriens possit intelligi, & ulciscenda culpa non parcens. Unde Efraim quoque cùm videtur ultimi judicij diem non iam cum venia, sed cum districione esse venturum, ait: *[Ecce dies Domini veniet crudelis, & indignationis plenus, & ira furoris ejus, ad ponendam terram in solitudine, & peccatores ejus conterendos de ea.]* Sanctus igitur vir ut hanc eamdem crudelitatem sibi portius afferret congruere posse, quâm Deo, ait: *[Misericordia tua in crudelē] Ac si aperte dicat: Qui in teipso crudelitatis nihil habes, mihi quem respirare à persecutione non sis, crudelis videris. Ita enim Deus C crudelis esse non potest, sicut nec mutari ulla tantum potest. Sed quoniam in Deo nec crudelitas, nec mutabilitas umquam venit, dum mihi dicit, quod in semetipso Deum nec crudelem nec mutabilem sentiat, ostendit. Nam dum circa nos quædam prospera & adversa variantur, in eo quod nos mutamur, quasi ejus circa nos mutatum animum suspicamur. Ipse vero in se incommutabilis permanens, aliter atque alter in cogitatione sentitur hominem, pro qualitate meritorum. Nam & lux solis cùm nequaquam est similius dissimilis, infirmis aspera, sanis autem oculis lenis videtur: eorum videlicet immutatio, non sua. Unde, ut prædimus, dicens: *[Misericordia tua in crudelē] adjunxit, [Misericordia tua in crudelē]* ut ipsa hac crudelitas arque mutatio, non sit in qualitate judicis, sed in mente patientis. Quod verbis quoque aliis retexit, dicens: *[Et in duriitia manus tua adversaris mihi.]* Manus enim Dei dura creditur, cùm voluntati nostra contraria, hoc quod ei in nobis displicet, feriendo perseguitur; & flagella ingeminat, cùm dolentis anima clementiam expectat. Quæ tamen juxta allegoriæ mysterium, bene sanctæ Ecclesiæ verbis congruunt ex vocibus infirmorum, qui plerumque se plus feriri aestimant, quâm mereri putant, & quasi crudelitatem arbitrantur judicis, districionem aquifissimam sectionis: quia & cùm vulnus ægri medicinali ferramento absconditur, medicus crudelis vocatur, qui tamen per secantis manus duritiam adversatur vulneri, sed concordat saluti. Sequitur.*

*Quod quasi super ventum fundati repente sternuntur, qui transitorium bonorum successio- nibus delectantur.*

#### CAPUT XXIV.

*Elevasti me, & quasi super ventum ponens, elisti me validè.]* Quia præsentis vita gloria quasi in alto cernitur, sed nulla stabilitate solidatur; velut elevatus super ventum ponitur, qui prosperitate transitoria letatur, quando ad hoc solum hunc fugitivæ felicitatis aura sublevat, ut repente deterius in infirmis sternat. Quia enim sancta Ecclesia cun-

A & sis in honore est, infirmi quique in ea qui transitorii successibus latentur, quod nisi super ventum positi videntur elevati: quia subsequence persecutionis tempore dum prosperitas aura pertransit, eorum protinus elevatio corruit, & repente cadentes discunt, quia elevati prius in ventum, sedent. Quæ videlicet verba etiam sancti viri persona specialiter congruent, non ad id quod erat, sed ad id quod esse videbatur. Neque enim mentem illius prosperitas fugitiva levaverat, quam inter tot rerum affluentias, miro semper virtutis pondere premebat: sed juxta hoc quod videri exterius potuit, quin suis humilis, in alienis oculis elevatus fuit, & quasi super ventum positus, clavis est validè: quia rebus exterioribus fultus, unde aestimabatur surgere, videbatur inde cecidisse. Quem videlicet casum sanctus vir in mente non pertulit: quia nulla adversitas dejicit, quem prosperitas nulla corruptit. Qui enim veritati inheret, vanitati nullo modo succumbit: quia dum fortis pede cogitationis intrus intentionem fixerit, omne quod foras mutabiliter agitur, ad arcem mentis minimè pertingit. Sequitur.

*Quod Sancti mortem presentem non ad consumptio- nem sibi esse intelligunt, qui de resurrectione sua confidunt: qui etsi aliquando peccant, per paeniten- tiā reformantur.*

#### CAPUT XXV.

*S*cio quia morti trades me, ubi constituta est domus omni viventi.] In superiori hujus operis parte, supra tractatum est, quod ante adventum Domini ad infernum receptacula etiam justi descenderent, quamvis non in suppliciis, sed in requie servarentur. Quod nunc testimonii edocere negligimus, quia in ea jam sufficienter probatum putamus. Hoc ergo quod dicitur: *[Scio quia morti trades me, ubi constituta domus est omni viventi:]* recte beato Job etiam juxta historiam congruit, dum nimurum constat, quia ante Redemptoris gratiam, ad inferni claustra etiam justi defunderent. Ipsa quippe inferni receptio, domus omnium viventium dicitur; quia nullus hic venit, qui ante mediatoris adventum non illuc ipsa corruptionis sua conditione pertransiit: nullus hic venit, qui ad carnis mortem ejusdem corruptionis sua gressibus non tetendit. De qua videlicet morte per Psalmam dicitur: *[Quis est homo qui vi- rū, & non videbit mortem?]* Nam etsi ad celum raptus Elias esse perhibetur; mortem tamen distulit, non evasit. De ipso quippe ore Veritatis dicitur: *[Vixit Elias quidem venturus est, & restituuet omnia. Vc- 17.]* niet enim restitutum omnia, quia ad hoc nimurum huic mundo restitutur, ut & prædicationis munera impleat, & carnis debitum solvat. Quæ tamen sancti viri sententia juxta allegoriæ mysterium, sanctæ Ecclesiæ vocibus ex persona congruit infirmorum, qui fidem verbo tenus tenent, sed contra præcepta fidei suis desideris famulantur. Ait eternim: *[Scio quia morti trades me, ubi constituta domus est omni viventi.]* Quia enim multis voluptatibus deditos conspicit, eorumque jam interitum præsit; pensat quod in via vita præsentis suis quidem desideris servient, sed tamen ad mortis dominum pervenient omnes, qui in ea carnaliter vivunt. Sunt vero nonnulli, qui in voluptatum suarum foveam corruunt, sed tamen per lamenta paenitentia ab imis citius pedem reducunt, quos superne percussione verbera ad eruditorem potius, quam ad extinctionem secant. Ex quibus aptè subiungitur: *(Verumtamen non ad consumptionem eorum emitis maxum tuam: & si coruerint, ipse salvabis.)* In quibus profectè verbis hoc solerter debet intelligi, quod beatus Job dum sua narrat, in se alios transfigurat. Velut enim de se specialiter dicebat:

*Elevasti me, & quasi super ventum ponens eli-  
sisti me valide: scio quia morti irades me, ubi consti-  
tuta est donus omni viventi; ] & tamen non de se,  
sed de aliis adjungit: [ Verum tamen non ad consump-  
tionem eorum emitis manum tuam.] Dum enim de  
se loquens ratiocinando, causas de aliis subdit,  
quam multorum personas in se significet, ostendit.  
Manum itaque suam Dominus ad consumptionem  
peccantium non emitit, cum feriendo à peccatis  
corripit, & corruentes salvat, dum carentes ad  
culpam in salutem corporis vulnerat; ut prostrati  
exteriori, interiori surgant; quatenus jacentes cor-  
pore ad interiorum statum redcant, qui stantes ex-  
teriori ab statu mentis jacebant. Sequitur.*

*Quod compassio quam afflictioni proximorum debe-  
mus, non tam sit in largitione exteriorum, quam  
in mentis affectu: quia extra nos sunt qua damus,  
affactus autem in nobis.*

## CAPUT XXVI.

*Flebam quandam super eo qui afflictus erat, &  
compatiebatur anima mea pauperi.] Quamvis  
vera compassio est passioni proximi ex largitate  
concurrere; nonnumquam tamen cum exteriora  
quæque abundè ad largendum suspetunt, celerius  
dantis manus dationem invenit, quam animus do-  
lorem. Unde scire necesse est, quia ille perfectè tri-  
buit, qui cum eo quod afflito porrigit, affliti  
quoque in se animum sumit: ut prius in se dolentis  
passionem transferat, & tunc contra dolorem illius  
per ministerium concurrat. Nam sepe, ut prædi-  
ximus, largitatem munieris, rerum facit abundantia;  
& non virtus compassionis. Qui enim afflito per-  
fectè compatitur, plerumque & hoc indigenti tri-  
buit, in quo ipse qui dederit, angustatur. Et tunc  
plena est cordis nostri compassio, cum malum ino-  
piæ pro proximo suscipere non metuimus, ut illum  
à passione liberemus. Quam videlicet pietatis for-  
mam mediator nobis Dei & hominum dedit. Qui  
cum posset nobis etiam non moriendo concurrere,  
subvenire tamen moriendo hominibus voluit: quia  
nos videlicet minus amasset, nisi & vulnera nostra  
susiperet: nec vim nobis suæ dilectionis ostenderet,  
nisi hoc quod à nobis tolleret, ad tempus ipse susti-  
neret. Passibiles quippe mortalesque nos reperit, D  
& qui nos existere fecit ex nihilo, revocare videlicet  
etiam sine sua morte potuit à passione. Sed ut quan-  
ta esset virtus compassionis ostenderet, fieri pro no-  
bis dignatus est, quod esse nos voluit: ut in semet-  
ipso temporaliter mortem susiperet, quam à nobis  
in perpetuum fugaret. An non in divinitatis sua di-  
vinitus nobis invisibilis permanens, miris nos potuit  
virtutibus ditare? Sed ut ad internas divitias rediret  
homo, foras apparere dignatus est pauper Deus.  
Unde & predicator egregius, ut ad largitatis gra-  
tiam viscera nostra compassionis accenderet, dixit:*

*Propter nos egensis factus est, cum dives esset. Qui  
sic etiam dicit: Non ut alius sit remissio, vobis autem  
tribulatio. Hæc proculdubio condescendit in-  
firmis intulit, quoniam quibusdam inopiam ferre  
non valentibus, tolerabilius est minus tribuere,  
quam post largitatem suam ex iopia angustia mur-  
murare. Nam ut ad magna largiendi studia audienc-  
tium mentes accenderet, paulò post intulit, dicens:  
Hoc autem dico: Qui parçè seminat, parçè & metet.  
Plus autem nonnumquam esse dicimus compati ex  
corde, quam dare: quia quisquis perfectè indigenti  
compatitur, minus estimat omne quod dat. Nisi  
enim dantis manum bona voluntas vinceret, idem  
prædictor egregius discipulis non dixisset: Qui non  
solum facere, sed & velle carissimis ab anno priori.  
Facile quippe est in bono opere obediens etiam vo-*

S. Greg. Tom. I.

A lentem. Sed hæc magna in discipulis virtus exite-  
rat, eos bonum quod illis præceptum est; & antè  
voluisse. Quia itaque vir sanctus apud omnipoten-  
tem Deum aliquando magis datum noverat mentis  
esse, quam muneris, dicat: [ Flebam quandam super  
eo qui afflictus erat, & compatiscebat anima mea  
pauperi.] Exteriora etenim largiens, rem extra se  
metipsum prebit. Qui autem fletum & compa-  
sionem proximo tribuit, ei aliquid etiam de semet-  
ipso dedit. Idcirco autem plus compassionem, quam  
datum dicimus, quia rem quamlibet plerumque  
dat etiam qui non compatitur, numquam autem  
qui verè compatitur, quod necessarium proximo  
conspicit, negat. Quæ nimur sententia bene quo-  
que sancta Ecclesia vocibus congruit: quæ dum af-  
flictos quoque per lamenta penitentias conspicit,  
suos ei oratione continua fletus jungit, & toties  
egeno compatitur, quoties menti virtutibus nuda-  
tæ, interventionis sue precibus opitulatur. Super  
afflictum quippe compatientes plangimus, quando  
aliena damna nostra deputamus, & culpas delin-  
quentium, nostris mundare fletibus nitimus. Quod  
videlicet agentes, plus plerumque nobis, quam  
his, pro quibus agitur, subvenimus: quia apud  
intimum arbitrum & gratiam charitatis aspiran-  
tem, commissa queque perfectè diluit propria, qui  
pure plangit aliena. Persecutionis igitur ultimæ  
sancta Ecclesia tribulatione deprehensa, reducat  
ad memoriam pacis tempore bona que gesit, di-  
cens: [ Flebam quandam super eo qui afflictus erat,  
& compatiscebat anima mea pauperi.] Quæ interne  
lucis gaudia æterna desiderans, sed tamen adhuc  
dilata, quia malis exterioribus premitur, sancti vi-  
ri vocibus adjungat.

*Quod sancta Ecclesia ab ipsis, quos per charitatis  
gratiam quæviscera sua ante gestaverat,  
persecutionis impetum ferat.*

## CAPUT XXVII.

*Xp̄ctabam bona, & venerant mihi mala: pre-  
sulabar lucem, & eruperunt tenebrae.] Fidelis  
enim populus expectat bona, sed mala suscipit: præstolatur lucem, & tenebras incurrit: quia per  
remunerationis gratiam interesse jam jamque An-  
gelorum se-gaudi sperat, & tamen hic diutius di-  
latus, manus persecutum tolerat: & qui se quan-  
toctus & stimat aeterna lucis retributione perfici,  
hic adhuc compellitur persecutorum suorum tene-  
bras pati. Quæ videlicet mala persecutum mi-  
nus dolerent, si ab infidelibus adversariisque consur-  
gerent. Sed è deterius mente electorum cru-  
ciant, quod ab illis veniunt, de quibus bona pra-  
sumebant. Unde adhuc subdit: [ Interiora mea  
effuberunt absque ulla requie.] Sanctæ quippe Ec-  
clesiae interiora effervescent, est ipsos quoque, quos  
per amorem fidei velut viscera ante gestaverat, in  
persecutionis atrocitate tolerare. Qui secreta prius  
illius cognoscentes, quæd sciant ubi magis do-  
leat, tanto deterius ab afflictione ejus minimè quiet-  
cunt. Quos tamen & pacis suæ tempore graviter to-  
lerat: quia suis prædicationibus eorum mores con-  
trarios penfat. Gemit enim, cum eorum vitam sibi  
diffimilem conspicit. De quibus & aptè subjungi-  
tur: [ Prævenerunt me dies afflictionis.] Scit nam-  
que sancta electorum Ecclesia, quid persecutio  
ultima, mala multa passura sit: sed hanc afflictionis  
sue dies præveniunt, quia malorum vitam intra se  
graviter etiam tempore pacis portat. Nam quam-  
vis diebus ultimis aperta infidelium persecutio se-  
quatur; hanc tamen & priusquam appareat, hi qui  
in ea verbo tenus fideles sunt, pravis moribus an-  
tecurrunt. Sequitur.*

28.

Q. 9

*Quod Sancti in culmine honoris, statum custodiunt  
humilitatis: & licet potestati semper amica sit  
impatientia, mansuetate tolerant ipos, quos ex of-  
ficio suo increpat.*

## CAPUT XXVIII.

**M**ōrēns incedebam, sine furore consurgens in urba clamavi.] Notandum sollicite juxta historiam video, quod sanctus vir, qui paulò superius dixit: [Eleva me;] inferius adjungit: [Mōrēns incedebam.] Mōre enim ordine, uno eodemque tempore convenire in actibus bonorum solet & fōris honor culminis, & intus afflūtus mōror humilitatis. Unde sanctus quoque vir elevatus rebus & honoribus, mōrēns incedebat: quia eti hunc prālatum hominibus gloria potestatis ostenderat, interius tamen mōrōre suo secreto sacrificium Domino contriti cordis offerebat. *Sacrificium quippe Deo est spiritus contributus.* Sciunt autem electi qui que consideratione intima contra exterioris excellentiae tentamenta pugnare. Qui si ad exteriorem felicitatem suam cor apponenter, iusti profecto non essent. Sed quia cor humanum non potest de ipsi prosperitatibus rerum quantulacumque gloria nullo modo tentari, contra ipsam prosperitatem suam sancti viri intrinsecus dīmīcant: non dico ne in elatione, sed ne in ejus saltem amore succumbant. Cui valde succubuisse est, captivam mentem ejus desideriis subdidisse. Quis autem terrena sapiens, temporalia amplectens, beatum Job inter tot prospera rērum non cederet, cūm ei suppeteter salus corporis, vita filiorum, incolumentis familiæ, integritas gregum? Sed quia in his omnibus non gaudent, ipse sibi testis est, qui ait: (Mōrēns incedebam) Sancto enim viro adhuc in hac peregrinatione posito, omne quod sine visione Dei abundat, inopia est: quia cum sibi omnia electi adesse vident, geomunt quod omnium auctorem non vident: eisque totum hoc minus est, quia adhuc species unius dīcīt: siue eos foris exaltat gratia supernæ dispensationis, ut tamen intus sub disciplina teneat mōror magistræ charitatis. Per quam videlicet discunt, ut de his quae exterius accipiunt, apud semetipos semper amplius humiliantur, mentem sub jugo reante disciplinæ, numquam ex potestatis licentia ad impatientiam erumpant. Unde & aptè subjugantur: [Sine furore consurgens in turba clamavi.] Sæpe namque leditiosorum tumultus hominum, præpositorum suorum mentem lacebunt, siue ordinis limitem inordinatis motibus excedunt. Et plerunque, qui præsunt, nisi in ore cordis Spiritus sancti frāno teneantur, in iratæ retributionis atrocitatem præsiliunt; quantumque prævalent agere, tantum sibi subditis astimant licere. Amica etenim potestati pene semper impatientia est: eique etiam malæ subjectæ imperat; quia quod ipsa sentit, potestas exequitur. Sed sancti viri plus se interius patientiæ jugo subjiciunt, quam foris hominibus præsumunt; & cō veriorem principatum foris exhibent, quod humiliorem Deo intrinsecus famulatum tenent: atque idecirco sæpe plus quodam tolerant, quod se de cis uulnici amplius possunt; ac ne umquam ad illicita transeat, plerunque nolunt pro se exequi etiam quod licet: subjectorum strepitus suffert, per amorem increpat, quos per mansuetudinem portant. Unde nunc rectè dicitur: [Sine furore consurgens in turba clamavi:] quia nimurum boni contra tumultus insolentium clamorem habent, & furorem non habent: quoniā eos, quos clementer tolerant, docere non cessant. Sed hæc, quæ juxta historiam de uno diximus, juxta allegoriam necesse est ut de diversis electis Ecclesia sentiamus. Ipsa quippe in electis suis etiam per prospera incedit

A mōrēns: quia nil sibi verè prosperum deputat, quo usque bonum, quod singulariter querit, apprehendat. Fideles quippe illius, temporali quidem pace perfruantur, sed perpetua suspirant; honorantur, & afflīti sunt; quia plerumque ibi videntur in culmine, ubi cives non sunt. Ipsa etiam in turba sine furore consurgit, & clamat: quia pravorum vitam studio rectæ æmulationis, non autem vœfania furoris inequitur. Irascitur & amat, sœvit & tranquilla est: quatenus infirmos suos corrigat ex æmulatione, foveat ex pietate. Sequitur.

*Quod verè sancti sunt, qui inter malos convergunt  
innocenter possunt.*

## CAPUT XXIX.

B **F**rater fui draconum, & socius struthionum.] Quid draconum nomine, nisi malitioforum hominum vita signatur? De quibus & per Prophetam dicitur: *T raxerunt ventum quasi dracones.* Hier. 14. Perversi etenim quique ventum quasi dracones trahunt, cūm malitiosa superbiā inflantur. Qui autem struthionum appellatione intelligi, nisi simulatores solent? Struthio etenim pennas habet, & volatum non habet: quia simulatores quique speciem sanctitatis habent, sed virtutem sanctitatis non habent. Visio quippe eos bona actionis decorat, sed à terra minime penna virtutis levat. Electus itaque sanctæ Ecclesiæ populus quia pacis sua tempore intra se quosdam malitiosos ac simulatores patitur, dicat: *Frater fui draconum, & socius struthionum.*] Quod beati quoque Job vocibus specialiter congruit, qui ad culmen magna fortitudinis, bonus inter malos fuit. Nullus quippe perfectus est, qui inter proximorum mala patiens non est. Qui enim æquanimiter aliena mala non tolerat, ipse sibi per impatiētiam testis est, quia à boni plenitudine longè distat. Abel quippe esse renuit, quem Caïn malitia 7 q. 1. ador. non exercet. Sic in tritura areæ grana sub paleis ador. strati, p. 29. prementur, sic flores inter spinas prodeunt, & ro. Abel 5 sa quæ redolent, crescit cum spina quæ pungit. Duos gen. 3. namque filios habuit primus homo, sed unus electus alter reprobus fuit. Tres quoque filios Noë Gen. 9. d arcæ continuit, sed duobus in humilitate persistentibus, unus ad patris irrfitionem ruit. Duos Abraham filios habuit, sed unus innocens, alius verò & fratris persecutor fuit. Duos quoque Isaac filios habuit, unus in humilitate servatus, alter verò & priusquam nasceretur, reprobatus est. Duodecim Jacob filios genuit, sed ex his unus per innocentiam venditus, ceteri verò per malitiam venditores fratris fuerunt. Duodecim quoque Apostoli in sancta Ecclesia sunt electi, sed ne improbati remanentes, unus eis admixtus est, qui eos persequens probaret. Sic namque iusto peccator cum malitia jungitur, sicut in fornace auro palea cum igne scaturat, ut quo ardet palea, purgetur aurum. Hergo veraciter boni sunt, qui in bonitate persistere etiam inter malos possunt. Hinc etiam sponsi voce sanctæ Ecclesiæ dicitur: *Sicut lilyum inter spinas,* Cant. 2. sic amica mea inter filias. Hinc ad Ezechiēlem Domus a nus dicit: *Fili hominis, increduli & subversores sunt Ezech. tecum, & cum scorpionibus habitas.* Hinc Petrus 2. c. vitam beati Lot glorificat, dicens: *Et iustum Lot,* 2. Pet. oppressum à nefandorum \* injusta conversatione eri- \* al. impuit. Aspectu enim & auditu iustus erat, habitans pudica apud eos, qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant. Hinc Paulus discipulorum vitam glorificat, & glorificando confirmat, dicens: *Phil. 2. b In medio nationis prava & perverse, inter quos luce- Ioānem tis sicut luminaria in mundo, verbum vite continentis.* Domini Hinc \* Joannes per Angelum Pergami Ecclesiæ attestatur, dicens: *Scio ubi habitas, ubi sedes es! satane, gelo & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam.* Perg. mi

*Beatus igitur Job ut ostendat cuius fortitudinis fuit Apoc. 2. rit, insinuat cum quibus vixit, dicens: [ Frater fui draconum, & focus seruithionum.] Quia minus esset quod ipse bona ageret, nisi & ad bonitatis suae culmum ab aliis mala toleraret. Sequitur.*

*Quod sancti in afflictione reproborum tabescunt, & denigrantur, & arescant, dum zeli sui ardore torquentur.*

### CAPUT XXX.

*C*urta mea denigrata est super me; & offa mea carerant pro cauamate.] Hac juxta historiam pensare negligimus, quia videlicet sermonis virtus patet ex pœna passionis. Sed quia, ut lape jam diximus, plerumque beatus Job sic narrat gesta, ut gerenda pronunciet; bene hoc sanctæ Ecclesiæ vocibus congruit, quæ dolorem persecutionis ultimæ in infirmis graviter sentit. Cumque ab illa alij prereunt, valentiores quicunque morte cruciantur. Exterior quippe causa ejus, est terrena dispensatio, interior vero cura caelestis. Cutis ergo nomine, infirmi signantur, qui nunc in ea exteriori utilitati deserviunt. Per offa vero fortes ejus figurati sunt, in quibus corporis illius tota compago solidatur. Quia igitur aut provocati muneribus, a ut persecutionibus afflitti, multi in ea ab statu fidei infirmi cadunt, eamque ipsi postquam ceciderunt, persecutuntur; quid aliud, quam cutis sua nigredinem patitur, ut in ipsis postmodum foeda appareat, in quibus prius pulchra videbatur? Dum enim hi, qui prius exteriora bene dispensare confueverant, contra electos Dei postmodum faviunt, quasi cutis Ecclesiæ antraæ justitiae colorem perdidit, \* qui ad nigredinem iniquitatis venit. Quod Hieremias etiam sub principi metalli specie deplorat, dicens: *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color opimus?* Perversi ergo dum ab eis sacramentis exunt, plerumque inter reprobos locum honoris sumunt, ut ipsi contra sanctam Ecclesiam ex auctoritate faviant, qui hanc atrocissimè sciendo contemnunt. Unde & cùm diceret: [ *Cutis mea denigrata est;*] addidit, [ *super me;*] quia hos, quos prius ad decorum justitiae quasi candidos habui, post deteriorius rigores portat. Sed cùm cutis ad nigredinem vertitur, fortes qui in illa sunt, zelo fidei contabescunt. Unde apicè subiungit: [ *Et offa mea aruerunt pro cauamate.*] Sic namque & priori tempore os fortissimum sanctæ Ecclesiæ quadam ariditate redij Paulus astuabat, cùm quibusdam cadentibus diceret: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror?* Cutis ergo denigratur, & offa pro cauamate arescant: quia dum infirmi ad iniquitatem profiliunt, fortes quicunque zeli sui igne cruciantur. Sequitur.

*Quod abstinentia & doctrina sanctorum in luctu eis veritatem, cum se ab eis contemni vident, quibus verbo & exemplo prodeesse studebant.*

### CAPUT XXXI.

*V*ersa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.] Quia organum per fistulas, & cithara per chordas sonat: potest per citharam recta operatio, per organum vero sancta prædicatio designari. Per fistulas quippe organi, ora prædicantium; per chordas vero cithara, intentionem recte viventum non inconvenienter accipimus. Quia dum ad vitam aliam per afflictionem carnis tenditur, quasi extenuata chorda in cithara 1. Cor. 9. per intentum admirationem sonat. Siccatur etenim chorda, ut congruum in cithara cantum reddat; quia & sancti viri cafigant corpus suum, & S. Greg. Tom. I.

servituti subjiciunt, atque ab infirmis ad superiora tendunt. Pensandum quoque est, quod chorda in cithara si minus tenditur, non sonat: si amplius, taucum sonat: quia nimis virtus abstinentia aut omnino nulla est, si tantum quicunque corpus non edomat, quantum valet: aut valde inordinata est, si corpus atterit plus quam valet. Per abstinentiam quippe, carnis vita fuit extinguita, non caro: & tanto quicque sibi debet moderamine praesette, ut & ad culpam caro non superbiat, & tamen ad affectum rectitudinis in operatione subsistat. Inter tamen inter haec egregium prædicatorem libet, quanta arte magisterij, fidelium animas velut in cithara chordas tensas, alias amplius tendendo extenuat, atque alias à tensione sua relaxando conservat. Aliis etenim dicit: *Non in comedientibus & ebrietatisbus, Rom. 13: non in cubilibus & impudicitiis.* Et rursus ait: *Moribus membra vestra que sunt super terram.* Et tamen prædicatori charissimo scribit, dicens: *Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino uvere, propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.* Illas ergo chordas extenuando tendit, ne non tensæ omnino non sonent: hanc vero à tensione temperat, ne dum plus tenditur, minus sonet: sive autem sancti prædicatores in Ecclesia, seu quilibet simplices & abstinentes, prout vires accipiunt, id ea proximi suis canticum bona exhortationis redundat. Nam & prudentes quicunque ad prædicationis fructum solerter invigilant, atque ut alios ad vitam pertrahant, sonō magna persuasione elaborant; & qui in ea tardioris ingenij videntur, & ipso sua virtute in quantum se posse conspiciunt, exhortationis erga alios auctoritatem sumunt, atque ad cælestem patriam quos valent trahere non desunt. Sed sancta Ecclesia extremis persecutionibus pressa, cùm verba sua à reprobis contemni considerat, amoris sui gratiam ad sola lamenta format: quia nimis defert, quos exhortando trahere non valet. Dicat ergo: [ *Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium* ] Ac si aperte fateatur, dicens: *Pacis quidem meæ tempore per alios parva more cithara, per alios vero more organi magna & sonora prædicabam: sed nunc versa est in luctum cithara, & organum in vocem flentium versum est:* quia dum me contemni conspicio, eos qui prædicationis cantum non audiunt, deploro. Hæc per quosdam sancta Ecclesia in fine factura est: hæc per quosdam in suis jam exordiis fecit. Primus quippe martyr Stephanus Judæis per frequentibus prodeesse prædicando conatus est, quos tamen post verba prædicationis, dum videret ad jacientes lapides convolasse, fixis genibus orabat, dicens: *Domine Iesu, ad. 7.2 ne flatuas illis hoc peccatum.* Quid ergo huic, qui diu & parva & magna narraverat, nisi jam sua cithara atque organi cantus silebat, atque in lugatum versa fuerant, quia eos quos prædicando non traxerat, amando silebat? Quod nimis quotidie sancta Ecclesia agere non desit, que prædicationis verbum pæne ubique conticuisse jam conspicit. Alij namque loqui dissimulant, alij recta audire temnunt. Sed electorum mens dum tacere cantum prædicationis conspicit, gemens ac tacita ad fletus reddit. Dicat ergo: [ *Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.* ] quia electus quicunque quod sanctæ prædicationis vox filuit, eodem damna Ecclesia gravis plangit. Hucusque beatus Job descripsit mala qua pertulit: hoc vero ex loco incipit narrare subtilius bona qua fecit. Sed doloris verba historicæ atque allegorica expositione transcurrimus, virtutum vero opera ex magna parte juxta solius historicæ textum tememus: ne si hæc ad indaganda mysteria trahimus, veritatem fortasse operis vacuare videamus.

Qq ij